UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Codicis Dn. Ivstiniani Sacratissimi Principis P.P. Avg. Repetitæ prælectionis Libri XII

### Justinian <I., Byzantinisches Reich, Kaiser>

### Francofurti ad Moenum, M D LXXXVII.

Liber octavus

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1733

Visual Library

HÆRES, qui poſt aditam hæreditatem ad eum cui res ceſſit, corpora hæreditaria tranſtulit: creditoribus permanſit obligatus. Si igitur in fraudem tuam id fecerit: bonis eius excuſſis[a], vſitatis actionibus (ſi[b] tibi negotium geſtum fuerit) ea quæ in fraudem alienata probabuntur, reuocabis. PP. II. Id. Octobr. Antonino A. IIII. & Balbino Conſſ. 214.

*Pater non poteſt dotare filiam in præiudicium creditorum.*

2. Imp. *Alexand.* A. Symphorianæ.

SI ſucceſſione patris abſtenta[c] fuiſti: ob ea quæ in dotem[d] data ſunt, conuenire te creditores nequeunt quibus pignora in dotem data non docentur, niſi bonis defuncti non ſufficientibus, in fraudem creditorum dotem[e] conſtitutam probabitur. PP. X. Kal. Iulij, Probo & Maximo Conſſ. 233.

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Acyndino.

SI paterna hæreditate abſtinuiſti[f], nec quicquam in fraudem creditorum ex bonis eius in te donationis[a] iure tranſcriptum eſt: à priuatis creditoribus præſes prouinciæ conuenire te non patietur. PP. X. Kalend. Iul. ipſis IIII. & III. AA. Conſſ.

*Hæres non reuocat alienata in fraudem à defuncto. Salyc.*

4. Ijdem AA. & CC. Epagatho.

FIlios[b] debitoris ei ſuccedentes, veluti in creditorum fraudē alienatorum facultatē reuocandi nō habere, notiſſimi iuris eſt. Subſcripta X. Kal. Maij, AA. Conſſ.

5. Ijdem *Auguſti* & CC. Creſcentio.

IGnoti iuris non eſt, aduerſus eum qui ſententia condemnatus, intra ſtatutum tempus[c] ſatis non fecit, nec defenditur, bonis poſſeſſis itemq; diſtractis: per actionem in factum contra emptorem, qui ſciens[d] fraudem comparauit, & eum qui ex lucratiuo[e] titulo poſſidet, ſcientiæ mentione detracta, creditoribus ſuis eſſe conſultum. S. X. Kal. Nouemb. AA. Conſſ.

6. Ijdem AA. & CC. Menandræ.

SI actu ſolenni[f] præcedentem obligationem peremiſti: perſpicis aduerſus fraudatorem intra[g] annum[h] in quantum facere poteſt, vel dolo malo fecit quo minus poſſit, edicto perpetuo tantum actionem permitti.

[a] Pauliana aduerſus poſſeſſorem non competit, niſi bonis debitoris excuſſis.
[b] ſicut negotium, &c. quidam ita legunt. v. Cuiacium 7. *obſ. vlt.* Putat autem intelligi vſitatas actiones in factū quæ rem geſtam demonſtrant *l. 6. ī. de tranſaction.*
[c] *v. l. 3. ī. eod.* [d] hinc collige, Dotem in bonis patris non eſſe *v. l. 11. ff. quibus mod. pign.* [e] Dos in fraudē creditorum conſtitui non poteſt, *facit l. 13. ī. de donat. ante nupt. l. 6. ī. de priuileg. fiſci: vide tamen l. vlt. ĵ. de primip.* [f] *l. 2. in princ. ī. eod. l. 4. ī. arbitr. tutel. l. 22. §. 1. verſic. ſimiliq; ī. de iure deliberandi: l. 1. ī. de repudianda hæredit. l. 4. ĵ. de primip. l. 57. ff. de acquirend. hæredit.* Hoc verbum pertinere ad emancipatum filium Cuiacius putat. Nam emancipatus abſtinere dicitur 13. *obſ.* 33.

[a] Donare in fraudem creditorum non poſſumus.
[b] Filij non reuocant alienata in fraudem, ne alioquin patris turpitudinē detegant.
[c] anni vtilis *l. vl. ĵ. eo. l. 6. in f. ĵ. eo. l. 6. inf. l. 10. §. 19. ff. eo.*
[d] *adde l. 1. l. 6. §. 8. l. 10. ff. eo.*
[e] Quoties reuocatoria actione agimꝰ qualitas alienationis ſpectanda. quippe ſi titulo lucratiuo alienata res eſt, ſufficit fraudem dantis interueniſſe: ſi oneroſo, & dantis & accipientis interueniſſe neceſſe eſt *l. 6. §. 11. ff. eod.* [f] puta acceptilatione *l. 1. inf. ff. eod.* [g] vide in hanc legem difficilem ſatis, Cuiacium 12. *obſ.* 5. [h] *v. l. 5. in prin. ī. eod.*

# CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A. EX REPETITA PRÆLECTIONE,

## LIBER OCTAVVS.

## DE INTERDICTIS[a],

### TITVLVS PRIMVS.

*Interdicta ne rami arborum noceant, per identitatem rationis extenduntur, ne earum radices officiant. Bart.*

1. Imp. *Alexander* A. Euocato.

CVM proponas, radicibus[b] arborum in vicina Agathangeli area poſitis creſcentibus, fundamentis domus tuæ periculum afferri: præſes, ad exemplum interdictorum, quæ[c] in albo propoſita habet ‖prætor, ‖ *Si arbor in alienas ædes impendebit:* item, *Si in alienum agrum impendebit:* quibus oſtenditur, nec[d] per arboris quidem occaſionem vicino nocere oportere: rem ad ſuam æquitatem rediget. PP. 6. Kalen. April. Iuliano II. & Criſpino Conſſ. 225.

2. Impp. *Valerianus & Gallien.* AA. Meſſiæ[e].

PRæſes prouinciæ in eum qui eiuſdem[f] prouinciæ non eſt, nec ex interdicto[g] poteſt cognoſcere, PP. 7. Kal. Maij, Seculare & Donato Conſſ. 261.

*Poſſeſſorium præfertur petitorio, cum de vtroq; ſimul eſt quæſtio. Et ſuccumbens in eo, debet probare in inpetitorio; & agitur interdictorum exemplo. Sal.*

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Pompeiano præfecto prætorio.

INcerti iuris non eſt, orta proprietatis & poſſeſſionis lite, prius[h] poſſeſſionis decidi oportere quæſtionem competentibus actionibus, vt ex hoc, ordine facto, de dominij diſceptatione probationes ab eo qui de poſſeſſione victus eſt, exigantur. interdicta autem licet in extraordinarijs[a] iudicijs propriè locum non habent, tamen ad exemplum[b] eorum res agitur. Subſcripta Kalen. Ianuar. Sirmij, ipſis AA. Conſſ.

*Ille qui proponit interdictum in limine iudicij, tenetur actionem exprimere. Bald.*

4. Impp. *Arcad. & Honor.* AA Æmiliano præfecto prætorio.

SI quis quodlibet interdictum efflagitet: ruptis veteribus ambagibus[c], inter ipſa cognitionum auſpicia[d] actionem[e] exprimere[f], ac ſuas allegationes iubeatur proponere. Dat. 13. Kalend. Auguſt. Conſtantinop. Arcadio A. VI. & Probo Coſſ. 406.

[a] *dixi ad 43. ff. 1.* An hodie ſunt in vſu? *v. l. 3. & 4. ĵ. eod. l. vlt. ĵ. de liber. exhib.*
[b] Interdictū, *Ne rami arborum noceant*, per identitatem rationis extenditur: Ne arborum radices officiant.
[c] Interdicta in albo propoſita *v. Cuiac. 5. obſe. 17. in princ.*
[d] Neque per arboris quidem occaſionē vicino noceri oportet.
[e] *adde l. 1. ī. vbi de hæred. agit.*
[f] *d. l. 1. v. l. vltim. ff. de iuriſdict.* his adde quæ ſcripſi *ad l. 3. ff. eod.* [g] de poſſeſſione ſcilicet. plerumq; enim interdicta fiunt de poſſeſſione vel quaſi *v. Cuiac. 5. obſer. 19.* [h] Cauſa poſſeſſionis, ante proprietatis cauſam deciditur. Poſſeſſorium præfertur petitorio *§. 4. Inſt. eod. l. 3. ſupr. fin. regund. l. 37. ff. de iudicijs: l. 13. ſupr. de rei vind. l. 35. ff. de adq. poſſ. l. 1. §. 3. ff. vti poſſidetis.*

[a] quę nō concepta à Pręto re formula impetrabantur. Frōtinus & Aggenus *in libro de limitib. agror.* oſtendunt, iure ordinario ex interdictis actum fuiſſe *adde l. 47. ff. de negotijs.*

### QVORVM BONORVM[g],

### Tit. II.

*Qui habet bonorum poſſeßionem non poßidet: ideo pro adipiſcenda poſſeßione debet iſtud interdictum proponere, & de ſuo iure docere.*

1. Imppp. *Seuerus & Antoninus* AA. Iuſto.

[b] Hodie ex interdictis non agimus veteri more per formulā: ſed extra ordinem, non directo: vtiliter, non directo, ſed quaſi interdicto, ſiue exemplo interdicti *vt hic & l. vltim. infr. eod. l. vltim. infr. de liber. exhibend. leg. 2. 4. ĵ. vnde vi.* id eſt, actione in factum *§. vltim. Inſt. eodem.* Inde titulus Pandectarum, *De interdictis ſiue extraordinarijs actionibus, quæ pro ijs competunt.* [c] id eſt, miſſo veteri ordine *leg. 4. ſupr. eod. leg. 3. ĵ. tit. proxim.* ordine, inquam, adeundi Prætoris impetrandæ formulæ *v. Cuiac. 5. obſeruat. 17.* remotis denunciationum & temporum ambagibus, de quibus dixi *ad l. 2. ī. ſi ex pluribus.* [d] id eſt confeſtim. [e] vtilem, in factum. [f] *dixi ad l. 2. ſupr. ſi ex pluribus tutoribus.* [g] *4. Cod. Theod. 19. 43. ff. 2. §. 3. Inſtit. de interdict.* vnde ita dictum *v. l. 1. ff. eod.*

HÆRE-

HAEREDITATEM[a] eius quem patrem tuum fuiſſe dicis, petiturus, iudicibus qui ſuper ea re cognituri erunt, de fide intentionis[b] allega. Quamuis enim bonorum poſſeſſionem vt præteritus agnouiſti, tamen interdicto, *quorum bonorum*, non aliter poſſeſſor conſtitui poteris, quàm ſi[c] te defuncti filium eſſe, & ad hæreditatem vel[d] bonorum poſſeſſionem admiſſum probaueris. PP. 8. Kal. Ianuar. Laterano & Rufino Coſſ. 198.

2. Impp. *Dioclet. & Maximianus* AA: & CC. Marco.

SI ex edicto ſororis patruelis inteſtatæ[e] ſine liberis defunctæ, rectè petita bonorum poſſeſſione quæſiſti ſucceſſionem, ac negotium integrum[f] eſt: quæ cum moreretur, eius fuerunt, ſecundùm interdicti, *quorum bonorum*, tenorem ab[g] his qui pro[h] hærede vel pro poſſeſſore poſſident, dolóve malo fecerint quo magis deſierint poſſidere, tibi rector prouinciæ reſtitui efficiet. PP. 6. Kal. April. CC. Coſſ.

3. Impp. *Arcad. & Honorius* AA. Petronio vicario Hiſpan.

COnſtat[i] virum[k] à bonis inteſtatæ vxoris ſuperſtitibus conſanguineis eſſe extraneum: cum prudentium omnia reſponſa & lex ipſa naturæ ſucceſſores eos faciant. Ergo iubemus, vt omnibus fruſtrationibus[l] amputatis per interdictum, *quorum bonorum*, in petitorem corpora transferantur: ſecunda actione proprietatis non excluſa. Dat. 6. Kal. Auguſt. Mediolani, Olybrio & Probino Coſſ. 395.

## QVORVM[m] LEGATORVM,[n]

### Tit. III.

*Hæres contra legatarium poſſidentem habet hoc interdictum, vt ſibi poſſeſſionem reſtituat, vt poſſit Falcidiam retinere. Bart.*

1. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Latinæ.

HAEREDI ſcripto ſatis idoneè lege[o] Falcidia, ſi exhauſta legatis ſucceſſio probetur, per quartæ retentionem proſpectum eſt. vnde ſi legatarius vel fideicommiſſarius non conſentiente patre tuo quem aſſeueras teſtatori ſucceſſiſſe, & bonorum poſſeſſionem accepiſſe, relicta ſibi legata vel fideicommiſſa detinuit, ſecundum ſententiam interdicti q̃d aduerſus legatarios ſcriptis hæredibus propoſitum eſt, oblata ſatiſdatione, quam præſtari oportet, in poſſeſſionem te conſtitui, vt ita retentione competenti vtaris, experiri potes. Dat. 16. Kal. Ian. AA. Coſſ.

## VNDE[p] VI,

### Tit. IIII.

1. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Theodoro.

RECTE poſſidenti, ad defendendam poſſeſſioné quam ſine vitio tenebat, inculpatæ[q] tutelę moderatione illatam vim[r] propulſare[s] licet[t] PP. 15. Kal. Decemb. ipſis IIII. & III. AA. Coſſ.

2. Iidem AA. & CC. Alexandro.

VI pulſos reſtituendos[u] eſſe interdicti exemplo[x], ſi necdum vtilis[y] annus exceſſit, certiſſimi iuris eſt: & hæredes[z] teneri in tantum, quantum[a] ad eos peruenit. S. AA. Coſſ.

3. Iidem AA. & CC. Vlpiæ & Proculinæ.

AVctoritatem vobis reſcripti[b] noſtri tenendæ poſſeſſionis, quam vos per violentiam ademptam profitemini, accommodari nimis improbè poſtulatis. S. 8. Id. Apr. CC. Coſſ.

[a] id eſt, poſſeſſionem rerum hæreditariarum.
[b] id eſt proba te eſſe filium.
[c] Agens hoc interdicto nõ aliter adipiſcitur bonorum poſſeſſionem, quàm ſi indici probauerit ſe filium eſſe, ſi tanquam filius præteritus petierit bonorũ poſſeſſioné contra tabulas.
[d] hæc particula adiecta eſt ἐν τῷ παραλλήλῳ.
nam hoc interdictum datur bonorum poſſeſſori, nõ hæredi qui iure ciuili hæres extiterit.
[e] interdictũ hoc cõpetit etiam ab inteſtato.
[f] Hoc interdicto vſurus, probare debet ſe bonorum poſſeſſionem adgnouiſſe cum re v. *Cuiac. hic.*
[g] In quos detur hoc interdictum.
[h] *l. 1. ff. eod.*
[i] *l. vn. Cod. Theodoſ. eod.*
[k] Conſanguinei defunctæ in ſucceſſione præferuntur defunctæ marito. *l. vn. ſupra vnde vir & vxor.*

*Contra violentum poſſeſſorem competit criminale iudiciũ legis Iuliæ, & ciuile remedium interdicti. Bald.*

4. Iidem AA. & CC. Hygino.

SI de poſſeſſione vi deiectus es: eum & lege Iulia[a] vis priuatæ reum poſtulare, & ad inſtar[b] interdicti *vnde vi* cõuenire potes, quo reum cauſam[c] omnem præſtare oportet: in qua fructus[d] etiã, quos vetus poſſeſſor percipere potuit, non tantùm quos prædo percepit, venire non ambigitur. S. 6. Id. April. Sirmij, CC. Coſſ.

5. Imp. *Conſtantinus* A. ad Tertullianum.

INuaſor[e] locorum pœna teneatur legitima[f]: ſi tamen vi loca eadem[g] inuaſiſſe conſtiterit. nam ſi per errorẽ aut incuriam[h] domini loca[i] ab alijs poſſeſſa ſunt: ſine pœna poſſeſſio reſtitui[k] debet. Dat. 6. K. Maij, Gallicano & Symmacho Coſſ. 330.

*Nec auctoritate reſcripti principis, nec alicuius interlocutoriæ iudicis, debet quis ingredi poſſeſſionem alterius iuris ordine prætermiſſo, ſed eo ſeruato, & poſſeſſore legitime citato. Sal.*

6. Imppp. *Grat. Valentinia. & Theod.* AAA. Potito P. V.

MEminerint cuncti, ſiue vulgato[l] reſcripto[m] manſuetudinis noſtrę ſiue[n] ſententia cuiuſlibet iudicis vtantur in cauſis, conueniendos[o] dominos locorum eſſe: aut ſi fortè defuerint, eorum actiones ad inſinuandas ſententias, procuratoréſque eſſe quærendos, ne inde[p] iniuriarum naſcatur occaſio, vnde iura naſcuntur. Quòd ſi præcepta noſtra implere neglexerint: omni negotio, de quo iurgare cœperant, priuabuntur. 1 ¶ Sin autem habito plerunq; colludio[q], curatores vel tutores minorum his rem debitam ea occaſione peruadant, vt pupillis vel adultis iurgandi copia & fructus adimatur: his catenus ſubuenimus, vt eoſdem non[r] atterat damno culpa temeritatis alienæ: ſed illico[s] quidem poſſeſſio ei, à quo eſt ablata, reddatur: curatores autem vel tutores æterna deportatione punitos, bonorum quoque publicatio perſequatur. Dat. 2. Nonas Aprilis, Antonino & Syagrio Coſſ. 382.

7. Imppp. *Valentin. Theod. & Arcad.* AAA. ad Meſſianum com. rerum priuatarum.

SI quis[t] in tantam furoris[u] peruenerit audaciam, vt poſſeſſionem rerum apud fiſcum, vel apud homines quoſlibet conſtitutarum ante aduentum iudicialis arbitrij violenter inuaſerit[x]: dominus quidem conſtitutus poſſeſſionem, quam abſtulit, reſtituat[y] poſſeſſori, & dominium eiuſdem rei amittat[z]. Si vero alienarum rerum poſſeſſionem inuaſit: non ſolùm eam poſſidentibus reddat[a], verumetiam æſtimationem earundem rerum reſtituere compellatur. Dat. 17. Kal. Iun. Treueris, Timaſio & Promoto Coſſ. 589.

8. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Paſiphilo.[b]

MOmentariæ[c] poſſeſſionis interdictum[d], quod nõ ſemper ad vim publicam pertinet[e], vel priuatam, mox audiri, interdum etiã ſine inſcriptione, mereatur. Da. 6. Id. Iu. Mediolani, Olybrio & Probino Coſſ. 395.

*Si damnum illatum tempore inuaſionis non poteſt liquido probari, iudex inſpecta perſona, & negotij qualitate, debet illud taxare. Salyc.*

9. Imp. *Zeno* A. Sebaſtiano præfecto prætorio.

SI quando vis in iudicio fuerit patefacta, deinde ſuper rebus abreptis, vel inuaſis[f], vel damno dato tempore

[a] *l. 1. §. 2. ff. eo. §. 6. verſ. qui autem. inſtit. de interdictis.*
[b] *v. l. 2.* ͞s. *eo. l. 3.* ͞j. *de liber. exhib. l. 3. l. 4.* ͞s. *de interdictis:* idq; criminaliter *l. 1.* ͞s. *quãdo ciuil. act. v. Cuia. 5. obſ. 15.*
[c] *l. 6. ff. eod.*
[d] *l. 1. §. 40. ff. eo.*
[e] *l. 7.* ͞j. *eo. l. 3.* ͞s. *finium regũd.* Eſt autẽ hæc lex interpolata à Triboniano vt ex Frontino cõſtat. *adde Cuiac. 19. obſ. 16.* vbi de inuaſis alienis locis agitur.
[f] id eſt legib. Iulijs *l. 4.* ͞s. *eo.* vel lege eiuſdem Conſtãtini *l. 6. l. 7.* ͞j. *ad l. Iul. de vi:* pœna capitis vel deportationis, quæ differtur poſt totius negotij exitum, vt ait lex 14. *Cod. Theodo. quorum appellat.*
[g] eundem.
[h] dum ſegnis eſt in inſpectione & con ſeruatione locorum ſuorũ.
[i] loca, data ab alijs &c. *Cui. 19. obſ. 16.*
[k] interdicto reſtitutorio momentariæ poſſeſſionis *de quo v. l. 8.* ͞j. *eod.*
[l] *l. 3. ſupra eo.*
[m] *l. 2. Cod. Theod. eod.*
[n] Reſcripto aut interlocutoria iudicis nemini conceſſum alienam poſſeſſionem ingredi.
[o] ſententia, libelli conuentione *vt hic: & l. penult.* ͞j. *de dignitatib. v. Cuiac. Nouell. 1.*
[p] Inde iniuria naſci non debet, vnde ius naſcitur *adde l. 1. in fi. ſupra de his qui ven. ætat. l. 2. ſupra de interdicta viduitate: l. 19. ſupra de teſtam. 16. quæſt. 6. c. 2.*
[q] Colludium tutoris.
[r] Imò atterit *l. 2. ſupra de his quæ vt indign.*
[s] *l. 12. ff. de adquir. poſſ.*
[t] *l. 3. verſic. illi verò Cod. Theodo. vnde vi.*
[u] De furoris audacia *l. 2.* ͞j. *de aqua d.* dixi *l. 6. §. 1. ſupra de appellat.*
[x] *l. 5. ſupra eod.*
[y] Prima pœna inuaſoris. *adde l. 10.* ͞j. *eod. l. 13. in fi. ff. de eo quod met. cauſ. l. vn. in fi. ſupra de ſuffrag. l. 54.* ͞j. *de decurionib. l. 176. ff. de regul. iur. §. 1. verſ. ſed nedum inſtit. vi bono. §. 6. inſtit. de interdictis*
[z] Altera pœna.
[a] Imò non reddit *l. 55. ff. de furtis.*
[b] Paſſibo l. 8. *verſ. momentariæ etiam poſſeſſionis Cod. Theod. de iuriſdict.* qua ex conſtitutione tres leges deſumptæ ſunt, hæc ſc. lex penult. ͞j. *de accuſationib.* lex 1. ͞j. *de abigeis:* qua de re vide Cuiacium 1. *obſ. 20.*
[c] *adde l. vn. ſi de momentaria: l. vlt. ſupra qui legitimam.*
[d] Hoc interdictum hodie vocatur redintegrandæ poſſeſſionis: cuius vſus ductus videtur ex hac lege, & lege 5. ſupra eod.
[e] Nam & alio modo ad poſſeſſiones ablatas pertinet. veluti ſub ſpecie & terrore reſcripti aut iudicati *l. 6. ſupra eod. l. vlt.* ͞j. *eod. l. 2.* ͞s. *ſi per vim vel alio modo.* etiam ad aucupatam poſſeſſionem vacantem abſente domino ſine authoritate iudicis à non creditore.
[f] *v. quæ notaui ad l. 51. §. 9. in fin. ff. quod vi.*

[l] remota denunciatione ſolennni, & obſeruatione temporum *l. 4.* ͞s. *de interdictis.*
[m] Quod legatorum 43. ff. 3.
[n] Legatarius propria authoritate ante aditam hæreditatem occupans rem legatam, tenetur rem reſtituere hæredi, vt Falcidiam detrahat. *v. l. 1. ff. eod.*
[o] Lege Falcidia datur quartæ retentio *v. Cuiac. 8. obſ. 2. & 10. ob. 28.*
[p] *§. 6. inſtit. de interdict. 4. Cod. Theodoſ. 20. adde titulum De vi & vi armata 43. ff. 16.*
[q] Inculpata tutela ęquabilis, & remota ab omni culpa, quæ defendendo nõ vlciſcendo ſeruatur *v. Cuiac. 5. obſ. 18.*
[r] Quid, conuicium conuicio licetne propulſare? *v. Gayllum 2. obſ. 100. 101.*
[s] *l. 1. §. 27. l. 17. ff. de vi & vi: l. 3. ff. de iuſtitia.*
[t] Inde colligi volunt, Præſumi pro viuente aduerſus interfectum: hunc ſc. adgreſſorem fuiſſe *v. Alciatum 3. præſumpt. 39.*
[u] *l. 1. §. 3. ff. de vi & vi: §. 6. inſtit. de interdictis.*
[x] *l. 4.* ͞j. *l. 3. l. 4.* ͞s. *de interdictis.*
[y] *l. 1. §. 39. ff. eod.*
[z] *l. 1. inf. ff. eod.*
[a] *l. 38. ff. de regul. iur.*
[b] Violenta poſſeſſio, ne quidem reſcripto confirmari poteſt *l. 6.* ͞j. *eod. l. 2. l. 3.* ͞s. *de precib. imperat. l. 4.* ͞j. *de emancipationib. l. 2. §. 10. ff. ne quid in loco publico.*

impetus quæſtio proponatur: ſi [a] non potuerit, qui vim ſuſtinuit, quæ perdidit, ſingula comprobare: taxatione [b] à iudice facta pro perſonarum atque negocij qualitate, ſacramento [c] æſtimationem rerum, quas perdidit, manifeſtet: [d] nec liceat ei vltra [e] taxationem à iudice factam iurare: [f] & quod huiuſmodi iureiurando dato fuerit declaratum, iudicem condemnare oportet. [g] Dat. Idib. Decemb. Conſtantinop. poſt conſulat. Baſilij II. & Armatij V.C. 476.

*Alieno nomine tenens, ad reſtitutionem conuenitur vſque ad ſententiam: ſine cauſa non reſtituens, damnatur ad reſtitutionem, & inſuper ad rei æſtimationem. Bal.*

10. Idem A. Sebaſtiano præfecto prætorio.

NOn ab re eſt, quemadmodum poſſeſſionis alienæ inuaſores, [h] tã vetus quã præſens ſacra conſtitutio cenſuit eſſe puniendos: ita nec conductoribus, [i] & poſſeſſionis alienæ detentoribus impunè procedere, ſi locatoribus forte vel poſſeſſionem rerum ſuarum, quam apud alios precario modo eſſe conceſſerant, recuperare ſecundum leges volentibus, cum nulla ſibimet cognita legibus allegatio competeret, duxerint reſiſtendum: [k] & non protinus, id eſt, non expectato iudiciorum ordine, [l] alienam poſſeſſionem rectè eam recuperantibus cedere patiantur. Eos namque iubemus pro tanta ſuæ iniquitatis impudentia, ſi cognitionis iudiciariæ euentu fuerint condemnati: rei cuius poſſeſſionem ſponte reſtituere vſq; ad definitiuam ſententiam minimè paſſi ſunt, æſtimationem victrici parti vna [m] cum ipſa re præbere compelli. Datum V. Kal. April. Conſtantin. Theodorico & Venantio Coſſ. 484.

*Occupans poſſeſſionem vacantem, tenetur eam reſtituere domino, quemadmodum tenetur inuaſor. Bald.*

11. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm quærebatur inter Illyricianam aduocationem; quid fieri oporteret propter eos, qui vacuam [n] poſſeſſionem abſentium ſine iudiciali ſententia detinuerunt, [o] quia veteres leges nec *vnde vi* interdictum, nec *quod vi aut clam*, vel aliam quandam actionem ad recipiendam talem poſſeſſionem definiebant, violentia in ablatam poſſeſſionem minimè præcedente, niſi domino tantummodo in rem actionem exercere permittentes: nos [p] non concedentes aliquem alienas res vel poſſeſſiones per ſuam auctoritatem vſurpare, ſancimus talem poſſeſſorem vt [q] prædonem intelligi, & generali iuriſdictione ea teneri quæ pro reſtituenda poſſeſſione contra huiuſmodi perſonas veteribus declarata ſunt legibus. Ridiculum etenim eſt dicere vel audire, quod per ignorantiã alienam rem aliquis quaſi propriam occupauerit. Omnes autem ſcire debent, quod ſuum [r] non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere: cum talis depoſitio in furti actione iamdudum veteribus legibus definita eſt, dicentibus, ſi quis alienam rem aduerſus [ſ] domini voluntatem attigerit, furti actione teneatur: his videlicet quæ ſuper recipienda poſſeſſione a nobis diſpoſita ſunt, locum habentibus, ſi non ex die ex quo poſſeſſio detenta eſt, triginta [t] annorum exceſſerint curricula. Dat. XIII. Kal. Nou. Conſtantinop. poſt conſulat. Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo. 532.

## SI PER VIM [a] VEL ALIO MOdo abſentis perturbata ſit poſſeſſio,

## TIT. V.

*Ad recuperandam poſſeſſionem abſentis, admittuntur carentes mandato: ſupple, cauentes de rato. Bald.*

1. Imp. *Conſtantinus* A. Seuero.

IVDICES [x] abſentium, qui cuiuſlibet rei poſſeſſione priuati ſunt, ſuſcipiant in iure perſonas, & auctoritatis ſuæ formidabile miniſterium objiciant: atque ita tueantur abſentes, vt id ſolum diligenter inquirant, an eius qui quolibet modo peregrinatur, poſſeſſio ablata ſit, quam propinquus vel parens vel proximus vel amicus vel colonus [y] vel libertus ſeu ſeruus quolibet titulo retinebat: nec eos [z] qui deiecti ſunt abſentium nomine poſſidentes, quia minime ipſis deciſio [a] cauſæ mandata [b] ſit, ab experiunda [c] re ſecludant: nec ſi ſerui [d] ſint, eorum reijciant in iure perſonas, quia [e] huiuſmodi conditionis hominibus cauſas perorare fas non ſit. Sed poſt [f] elapſa quoque ſpatia recuperandæ poſſeſſionis legibus præſtituta, litigium eis inferentibus largiri conuenit: vt eos momentariæ perinde poſſeſſioni ſine vlla cunctatione reſtituant, ac ſi reuerſus dominus litigaſſet. Cui tamen domino quolibet [g] tempore reuerſo, actionem poſſeſſionis recuperandæ indulgemus: quia fieri poteſt, vt reſtitutio propter ſeruos infideles, vel negligentes propinquos, vel parentes, vel proximos, vel amicos, vel colonos, vel libertos interea differatur. Abſentibus enim officere non debet tempus emenſum, quod recuperandæ poſſeſſioni legibus præſtitutum eſt: ſed reformato ſtatu qui per iniuriam ſublatus eſt, omnia quæ ſupererunt ad diſceptationem litigij, immutilata permaneant: iudicio ſeruato iuſtis [h] legitimiſque abſentibus perſonis: cum valde ſufficiat poſſeſſionem tenentibus abſentium nomine contra præſentiũ violentiam ſubueniri. Dat. 10. Kal. Nouemb. Conſtantin. [i] Conſtantio VIII. A. & Conſtante Cæſ. III. Coſſ. 324.

*Nec auctoritate reſcripti, nec auctoritate interlocutoria iudicis poteſt non citatus de poſſeſſione repelli. Bald.*

2. Impp. *Arcad.* & *Honor.* AA. Petronio vicario Hiſpaniarum.

NEc [k] imperiale reſponſum quod ſupplicatio litigatoris obtinuit, nec interlocutio cognitoris ex quacumque parte innouare poſſeſſionis ſtatum, eo qui rem tenet abſente, permittit, quia negotiorum merita, partium adſertione [l] panduntur. Dat. 15. Kal. Ian. Mediolani, Cæſario & Attico Conſſ. 397.

## VTI [m] POSSIDETIS,

## Tit. VI.

1. Impp. *Dioclet.* & *Maxim.* AA. & CC. Cyrillo.

VTI [n] poſſidetis fundum de quo agitur, cum ab altero nec vi nec clam nec precario poſſidetis, rector prouinciæ vim fieri prohibebit: ac ſatiſdationis [o] vel transferendæ [p] poſſeſſionis edicti perpetui forma ſeruata, de proprietate cognoſcet. Subſcripta 3. Id. Octob. Nicomediæ, CC. Coſſ.

## DE TABVLIS [q] EXHIbendis,

## Tit. VII.

1. Impp. *Valer.* & *Gallien.* AA. Germano.

SI in poteſtate patris fuerunt impuberes filij, & vos eis eſtis ſubſtituti, [r] atque ita ad vos intra pubertatem illis decedentibus cœpit hæreditas pertinere: de exhibendis teſtamenti tabulis interdicto vti poteſtis. [ſ] PP. 7. Kal. Maij, Seculari & Donato Coſſ. 261.

[a] *l. 5. l. 7.* ſ. *eo*
[b] Si damnũ ab inuaſore illatum liquido probari nõ poteſt, iudex habita perſonę qualitate & ratione negotij, poteſt damnũ definire & poſtea iuramentum actori deferre. Quid hæredi ſpoliati, num iuramentum etiam defertur? Mynſingerus negat 4. *obſ.* 12.
[c] de taxationis verbo vide Cuiacium 2. *obſ.* 12.
[d] v. *Cuiac. ad Nouell.* 18. 161. *Quinta pars.*
[e] Vltra taxationem iudicis non iuratur.
[f] Contra furem iuratur v. *Clar.* 5. *ſent.* §. *furtum* 6. *verſ. item contra furem iuratur.*
[g] Poſt eiuſmodi iuramẽtum probatio non admittitur. *Tiraquell. de retract. gentil.* §. 4. *gl.* 1. *nu.* 28.
[h] *l. 5. l. 7. l. 9.* ſ. *eod.*
[i] Coloni & inquilini rei reſtitutionẽ denegantes ſine cauſa, in rem eiuſque æſtimationẽ ſimul condemnantur.
[k] oppoſita dominij exceptione: de qua v. Oldendorpium *cap.* 34. *de exceptionibus.*
[l] Iudiciorũ ordo ſeruandus.
[m] *l. 34.* ſ. *de locato.*
[n] *l. 6.* ſ. *de adquir. poſſeſſ.*
[o] id eſt occuparunt. hoc innuit, Occupantem poſſeſſionem vacantẽ teneri ad eius reſtitutionem, ad inſtar furis & inuaſoris. [p] Iuſtinianus momentariæ poſſeſſionis interdictum primus dedit aduerſus eum, qui vacuã poſſeſſionem occupauit v. *Cuiac.* 19. *obſ.* 16. [q] Qui ſciens rem alienam vacantẽ occupat, quaſi prædo. [r] Quod meum non eſt, alterius eſt *vt hic* fallit in re ſacra aut nullius. [ſ] Furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino. [t] Condictio ex hac lege finitur triennio. [u] 43. *ff.* 4. [x] *l. 1. Cod. Theod. vnde vi.* [y] *l. vlt.* ſ. *de adquir. poſſ.* [z] v. *l. 3.* ſ. *qui legitim.*

[a] dictio *d. l.* 1. & *Hal.*
[b] In recuperanda abſentis poſſeſſione, admittũtur etiam carentes mandato *vt hic.* ſi tamẽ caueãt de rato
[c] experiundo ſecludant *Hal.* experiũdo rei *d. l.* 1.
[d] Pro recuperanda alteri poſſeſſione, etiam ſeruus auditur *d. l.* 1. & *l. 4. Cod. Theodoſ. vnde vi.*
[e] Ratio dubitandi.
[f] id eſt poſt annum.
[g] Dominus reuerſus auditur perpetuò v. *l. vlt.* ſ. *tit. proximo.*
[h] *l. vlt.* ſ. *qui legitimam perſonam.*
[i] Conſtante VII. & Conſtantio Conſ. *d. l.* 1
[k] *l. 5. Cod. Theodoſ. vnde vi.* Poſſeſſor citra conuentionẽ in ſua poſſeſſione turbãdus non eſt, ſeu reſcripto principis, ſeu interlocutione iudicis.
[l] his horis cauſarum merita & fata panduntur *l.* 1. ſ. *de off. ciuil. iud.* v. *Cuiac.* 16. *ob.* 8.

[m] 43. ff. 17. §. 4. *inſtit. de interdictis:* v. *Cuiac.* 5. *obſeru.* 32. v. *Feſtum in verbo Poſſeſſio.* [n] *l. 1. ff. eod.* v. *Duaren.* 1. *diſputat.* 21. *Robert.* 3. *ſentent.* 21. [o] Reddito interdicto vti poſſidetis, ſi petitorio iudicio agitur, ſatiſdare *iudicatum ſolui* debet petitori is qui in poſſeſſione potior eſt: aut ſi non ſatiſdat, in petitorem ſatiſdantem transferenda poſſeſſio eſt, ita vt alteri incumbat onus probandi v. *verſic. olim. inſtit. de ſatiſ. Paul.* 1. *ſent.* 11. §. 1. v. *ibid. Cuiac.* [p] Pœnæ cauſa transfertur poſſeſſio *l. 5.* §. 1. ff. *vt legator. l. 2. in fin.* ff. *de collationib. l. 6. in fin.* ff. *de Carboniano: Nouell.* 18. *cap.* 10. [q] 43. ff. 5. [r] Interdictum competit primis hæredibus vel ſecundis, exiſtente caſu ſubſtitutionis *vt hic* competit etiam legatarijs aut fideicommiſſarijs quorum intereſt *l. 3.* §. 10. ff. *eodem.* [ſ] Quodnam intra tempus? Robertus 2. *recept.* 39. & 2. *animaduerſ.* 24. putat perpetuò dari & poſt annum. Nam & hîc anni nulla fit mentio. & caſus ſubſtitutionis in hac lege poteſt annum excedere. quo nomine reprehenditur à Cuiacio 16. *obſ.* 28. & Antonio Mercatore 2. *Notat.* 24. Notant itàque ex Paulo 4. *ſent.* 7. §. 6. Interdictum de tabulis exhibendis annuum eſſe. Annum interdicti non cedere hac conſtitutione à morte patris, ſed pupillorum: à qua primum hæreditas ad ſubſtitutos pertinere cœpit, cùm ſuperſtitibus pupillis ad eos pertinerę non potuerit *l. 2.* §. 2. ff. *de vulgar. l. 1.* ff. *de hæred. vendita.*

## DE LIBERIS [a] EXHIBENDIS SEV DEducendis, & de libero [b] homine exhibendo,

### Tit. VIII.

*Filio cui non infertur quæſtio ſtatus, competit hæreditatis petitio contra poſſidentem bona materna. Bald.*

1. Imp. *Antoninus* A. Iuſtino.

SI (vt proponis) cum tuæ poteſtatis eſſes, ſuper rebus maternis obtinuiſti: potes eos qui tibi condẽnati ſunt, conuenire. Quòd ſi exſtiterit qui [c] te filium, & in ſua poteſtate eſſe contendit: interdicto in eam rem propoſito, de fide intentionis eius quæretur. PP. 6. Id. Apr. Duobus & Aſpris Conſſ. 213.

2. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Cyrillæ. [d]

ADi præſidem prouinciæ, ac poſtula filios tuos exhiberi. S. 5. Id. Apr. Byzantij. AA. Conſſ.

3. Iidem AA. & CC. Euodiæ. [e]

SI ad inſtar [f] interdicti de exhibenda filia Philippi eum conueniendum putaueris: rector prouinciæ aditus ſuam vobis accommodabit notionem. S. 12. Kal. Dec. Nicomediæ, AA. Conſſ.

## DE PRECARIO [g], ET SALVIANO [h] interdicto,

### Tit. IX.

1. Imp. *Gordianus* Ariſtoni.

SI te non remittente pignus, debitor tuus ea quæ tibi obnoxia ſunt, venundedit [i]: integrum tibi ius eſt ea perſequi, non interdicto Saluiano (id enim tantummodo [k] aduerſus conductorem debitorẽve competit) ſed Seruiana actione, vel quæ ad exemplum [l] eius inſtituitur, vtilis aduerſus emptorem exercenda eſt. P P. 6. Id. Septemb. Pio & Pontiano Conſſ. 239.

2. Impp. *Diocletian. & Maximian.* AA. & CC. Fabricio.

HAbitantis precario hæredes [m] ad reſtituendum habitaculum teneri [n], contra eos interdicto propoſito, manifeſtè declaratur. S. K. Dec. Sirmij, AA. Cõſſ.

## DE ÆDIFICIIS PRIuatis, [o]

### Tit. X.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Tauro.

ET balneum [p] (vt deſideras) exſtruere, & ædificium ei ſuperponere potes: obſeruata tamen forma, qua cęteris ſuper balneum ædificare permittitur: id eſt, vt concameratis [q] ſuperinſtruas & ipſum concameres, nec modum [r] vſitatum altitudinis excedas. PP. ſine die & conſule.

*Ædificia non poſſunt demoliri gratia negotiandi, nec ſic vt publicus deformetur adſpectus. Salyc.*

2. Imp. *Alexander* A. Diogeni.

NEgotiandi [ſ] cauſa ædificia demoliri, & marmora detrahere, edicto diui Veſpaſiani & ſenatuſconſulto [t] vetitum eſt [u]. Cæterum de alia domo in aliam transferre quædam licere, exceptum eſt: ſed nec dominis ita [x] transferre licet, vt integris [y] ædificijs depoſitis, publicus deformetur [z] aſpectus. PP. 11. Kal. Ianua. Alexandro A. Conſ. 223.

3. Idem A. Euocato.

AN in totum ex ruina domus licuerit non eandem faciem in ciuitate reſtituere, ſed in [a] hortum conuertere, & an hoc conſenſu tunc magiſtratuum non prohibentium, item vicinorum factum ſit: præſes probatis his, quæ in oppido [a] frequenter in eodem genere controuerſiarum ſeruata ſunt, cauſa cognita ſtatuet. PP. 7. Kal. April. Iuliano II. & Criſpino Conſſ. 225.

[a] §. *verſ. Exhibitoria inſt. de interdi.* v. 43. ff. 30.
[b] v. 43. ff. 29.
[c] Pater emancipatum filiũ hoc interdicto abducit.
[d] Etiam fœminis competit interdictũ de liberis exhibendis *vt hic: & l. 3. §. 11. ff. de hom. lib. exhib.*
[e] Euodio. quidã ita legũt, putántq; hìc agi de vxore marito exhibenda & ab eo ducenda *l.* 11. *ſ. de nuptijs: l. 2. ff. de liberis exhibendis: v. Cuiac. hic & apud Paul.* 5. *ſent.* 6. §. 15.
[f] *v. quæ dixi ad l.* 2. 7. *ſ. vn de vi.*
[g] de precario interdicto dixi ad 43. ff. 6.
[h] de Saluiano interdicto dixi ad *l.* 43. ff. *vlt.*
[i] Contra pignoris emptorẽ creditor experitur Seruiana vel quaſi, ſeu hypothecaria, nõ Saluiano interdicto.
[k] Imò & aduerſus extraneũ quemq; datur *l.* 1. §. 1. ff. *de Saluiano: dixi ibi.*
[l] quaſi Seruianam intelligit *v.* §. 7. *inſtit. de act.*
[m] *l.* 8. §. 8. ff. *de precario.*
[n] Imò nõ tenetur *l.* 11. ff. *de diuerſ. & tempor.*
[o] *huc refer* 2. *Harmenop.* 4.
[p] *v. Harmen. d. loco. c.* περὶ βαλανεῖυ κτίσματος. *Vitruuium* 5. *c.* 10. *de balneo adde l.* 3. *ſ. eod.* [q] Concamerare, eſt ad fornicis morem ædificare *l.* 32. ff. *de leg.* 1. hinc area concamerata *in lege* 19. §. 5. ff. *locati.* [r] *v. l.* 11. ff. *de ſeruit. vrban.* [ſ] *l.* 41. §. 5. ff. *de leg.* 1. *l.* 45. *in f.* ff. *de don. int. vir. l. vlt.* ff. *de damno.* [t] Contius putat hoc ſenatuſconſultũ factum fuiſſe anno 5. Imperij Adriani, Auiola & Panſa conſulib. *ex lege* 41. §. 1. ff. *de legat.* 1. Cuiacius 5. *obſ.* 26. putat aliud Senatuſconſultũ fuiſſe quod edictum d. Adriani ſubſequutum ſit. Nam edicta ſenatuſconſultis confirmari ſolebant *l.* 1. ff. *in quib. cauſ. pign.* vel errorem hic eſſe in nomine Imperatoris. idq; eo magis, quòd huius legis ſententia Adriano tribuatur *d.* §. 1. [u] *v. l.* 6. 7. *ſ. eod.* Imò poteſt detrahere *l.* 43. §. 1. ff. *de leg.* 1. [x] id Spartianus Adriano tribuit. [y] aliud ſi non integra ædificia deponantur *d.* §. 5. [z] Publicus aſpectus non deformandus. [a] Aedes ruinoſas in hortum conuertere interdum non licet. Liceat necne, iudicis arbitrio relinquitur.

*Si ſocius nomine communi domũ refecerit, ad ſumptus pro rata agere poteſt, vel per quatuor menſes exſpectare. Salyc.*

4. Imp. *Philippus* A. & *Philipp.* Cæſ. Victori.

SI (vt proponis) ſocius [b] ædificij ad refectionem eius ſumptus conferre detrectat: non neceſſariò extra ordinem tibi ſubueniri deſideras. Etenim ſi ſolus ædificaueris, nec intra quatuor menſium tempora cum centeſimis [c] nummus pro portione ſocij erogatus reſtitutus fuerit, vel quo minùs id fieret, per ſocium ſtetiſſe conſtiterit: ius [d] dominij pro ſolido vindicare vel obtinere iuxta placitum [e] antiquitus poteris. PP. 4. K. April. Philippo A. & Titiano Coſſ. 246.

*Qui reædificat ſcienter ædificium cõmune nomine proprio, ſumptus non repetit: & ædificatũ ſolo cedit. Sal.*

5. Impp. *Diocletianus, & Maximianus,* AA. & CC. Octauio.

SI is, contra quem preces fundis, ſciens prudénſq; ſoli partem ad te pertinere, non quaſi ſocius vel collega communis operis ſolicitudine, ſolidam balneorum [f] extructionem ea [g] mente, vt ſumptus pro portione tua ‖non‖ reciperet, aggreſſus eſt, ſed vt totius loci dominiũ vſurparet, & collapſum balneum refabricare eniſus eſt: cùm ædificia [h], quæ alieno loco imponũtur, ſolo cedant: nec impenſæ [i] his, qui improbè id fecerint, reſtitui debeant: antiquato diui Hadriani [k] edicto, præſes prouinciæ memor iuris publici, in dirimenda diſceptatione legum placita cuſtodiet. PP. 6. Non. Octob. ipſis IIII. & III. AA. Coſſ. 290.

*De ciuitate ad villam non licet transferre ædificiorum ornamenta.*

6. Imperator *Conſtantinus* Aug. Elpidio agenti vicem præfecto prætorio.

SI quis poſt hanc legem ciuitate [l] ſpoliata, ornatum, hoc eſt marmora vel columnas, ad rura tranſtulerit: priuetur ea poſſeſſione, quam ita ornauerit. Si quis autem ex alia in aliam ciuitatem labentium parietum marmora vel columnas de proprijs domibus in proprias transferre voluerit: quoniam vtrobiq; hæc eſſe, publicũ decus eſt: licenter hoc faciat. Data ſimiliter facultate etiã de poſſeſſione [m] ornatum huiuſmodi ad poſſeſſionem aliã transferendi, quamuis [n] per muros, vel etiam per mediam ciuitatem ea transferri neceſſe ſit: ita vt ea ſolummodo quæ illata fuerint ciuitatibus, exportentur. Dat. 6. Kalen. Iun. Viminacij, Criſpo II. & Conſtantio II. Conſſ. 321.

7. Imp. *Iulianus* A. ad Vitianum [o] vicarium Africæ.

NEmini columnas vel ſtatuas cuiuſcunq; materiæ ex alia eadémq; prouincia vel offerre [p] liceat [q], vel mouere. Dat 6. Kalen. Nouemb. Iuliano A. IIII. & Salluſtio Coſſ. 363.

8. Imppp. *Valens, Grat. & Valent.* AAA. Modeſto præfecto prætorio.

[a] Ex his quæ in oppido frequenter ſeruantur iudicari poteſt.
[b] Socius ædificij expenſas repetit *vt hic: & l.* 16. *ſ. de rei vindicat:* id oratione d. Marci conſtitutum fuit *l.* 52. §. 10. ff. *pro ſocio.* De ſumptibus ædificij repetendis, *add. l.* 33. *in fine* ff. *de condict. indeb. l.* 45. §. 1. ff. *de act. empt. leg.* 29. §. 2. ff. *de pignorib. l.* 14. ff. *de doli mali:* §. 30. *verſ. certè, inſt. de rerum diuiſione.*
[c] id eſt centeſimas vſuras. vide Molinęũ *de vſu. nu.* 57. vbi duos alios caſus ſpeciales vſuræ cẽteſimæ enumerat *ex lege* 1. *ſ. de vſuris pupillarib. & l. vlt. ſ. de vſur. rei iudic.*
[d] Socius qui ædificauit morã quadrimeſtrẽ committens in ſumptibus ſocio reſtituendis, dominium rei cõmunis amittit.
[e] orationem d. Marci *l.* 52. ff. *pro ſocio.*
[f] de balneo *adde l.* 1. *ſ. eodem.*

[g] Qui ſciens nomine proprio cõmune ædificium reædificat, ſumptus non repetit *vt hic: & l.* 6. §. 2. ff. *commun. diuidundo: vide quæ dicam ſ. eodem.* [h] Ædificium ſolo cedit. [i] vide tamen quæ de ea re aliàs dixi *ad l.* 38. ff. *de hæredi. peti. adde l. vltimã ſ. de negot. l.* 5. *ſ. de rei vindic. l.* 37. ff. *de rei vindic. l.* 46. *in fine* ff. *de damno:* aliud æquitatis eſſe videtur. [k] Veſpaſianus idem edixerat. Suetonius, Deformis vrbs veteribus incendijs ac ruinis erat, vacuas areas occupare & ędificare, ſi poſſeſſores ceſſarent, cuiq; permiſit. & Victor, Romam deformem incendijs veteribus ac ruinis reparauit, permiſſa, ſi domini deeſſent, ædificandi copia. Veſpaſianus & Adrianus dominium dederunt inſtauratori ſtatim: diuus Marcus à quatuor menſibus, *vide l.* 1. ff. *in quibus cauſis pignus: l.* 52. §. 10. ff. *pro ſocio: ad de Cuiacium* 19. *obſeruat.* 20. [l] Ex ciuitate in aliam ciuitatem columnas ædificij transferre licet: *verſic. ſi quis autem ſ. eod.* rus non licet *vt hic:* ex agro in alium agrum licet *verſic. data ſimiliter ſ. eodem:* Ex domo in vrbe ſita ad aliam in vrbe ſitam quædam transferre licet *lege* 2. *verſic. cæterum ſupra eod.* Ex vna prouincia in aliam non licet *lege* 7. *ſ. eodem.* & ita poteſt accipi hæc conſtitutio quam nonnulli intelligunt de rebus ſublatis promercij cauſa. alij de non labente ædificio. Alia quædam in hanc legem adfert Cuiacius 19. *obſeruat.* 19. quem vide. Cauſa huius conſtitutionis ea eſſe poteſt, impenſarum immenſitas. [m] id eſt, agro, villa. [n] ratio dubitandi. [o] Auitianum *vt lege* 2. *Codice Theodoſ. de itinere publico: lege* 1. *Codice Theodoſ. de iud. deb. lege* 15. *Codice Theodoſ. de caſu publico.* [p] auferre *Haloand.* [q] Imò non licet *dixi ad l.* 6. *ſupra eod.*

*Curiales vrbium tenentur in eis domos proprias habere. Salyc.*

SIngularum vrbium curiales [a] etiam inuiti vel reparare intra ciuitates, quas olim habuerunt domos, vel de nouo ædificare cogantur: Illic ſemper munijs inſeruituri, & aucturi propriarum frequentiam ciuitatum. Poſſeſſores verò, qui non erunt curiales [b], in vrbibus, in quibus domos poſſident, eaſdem domos dirutas [c] neglectaſq; reparent: iudiciaria ad conſeruandum hoc præceptum auctoritate retinendi. Dat. 13. Kal. Nouem. Gratiano A. IIII. & Merobaude Conſſ. 377.

9. Imppp. *Arcad. Honor. & Theodoſ.* AAA. Æmiliano præfecto vrbi.

SI cui loci proprietas ædificandi iuxta publicas ædes, animum dederit: is quindecim [d] pedum ſpatio interiecto inter publica ac priuata ædificia, ita ſibi nouerit fabricandum, vt tali interuallo & publicæ ædes à periculo vindicentur, & priuatus ædificator velut perperam fabricato loco, deſtructionis quandoq; futuræ non timeat detrimentum. Dat. 10. Kalen. Nouemb. Arcadio A. VI. & Probo Conſſ. 406.

*Quilibet poteſt locum proprium circundare muris. Sal.*

10. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Monaxio præfecto prætorio.

PER prouincias Meſopotamiam, Oſdroenam, Euphratenſem, Syriam ſecundam, Phœniciam, Libanenſem, Ciliciam ſecundam, vtramque Armeniam, vtramq; Cappadociam, Pontum Polemoniacum, atque Helleſpontũ vbi magis hoc deſideratur, cæteráſq; prouincias cunctis volentibus permittatur murali ambitu fundos proprios ſeu loca ſui dominij conſtituta vallare [e]. Datum 3. Non. Maij, Conſtantinopol. Theod. A. IX. & Conſtantio III. Conſſ. 420.

11. Iidem AA. Seuerino præfecto prætorio.

MEniana [f], quæ Græco vocabulo [τειχιοςὰς [g]] appellant, ſiue olim conſtructa, ſiue in poſterum in prouincijs [h] conſtruenda: niſi ſpatium inter ſe per decem pedes liberi aeris habuerint, modis omnibus detruncentur. In his verò locis, in quibus ædificia priuatorum horreis publicis videntur obiecta obſtructione menianorum, quindecim pedum interualla ſeruetur. Quem intercapedinis modum ædificaturis quoq; proponimus: ita vt ſi quis intra definitum ſpatium, id eſt decem † pedũ menſuram [i], ædificare, vel intra quindecim [k] pedum menianum poſſidere tentauerit: ſciat non ſolùm fabricata demolienda, ſed etiam ipſam domum fiſco noſtro adſcribendam. Dat. 3. Kalend. Octob. Aſclepiodoto & Mariano Conſſ. 423.

12. Imp. *Zeno* [l] A. Adamantio Præfecto vrbis.

EX [m] quo pace frui cœpimus, & litibus & externis bellis populos noſtros eximere ſtudentes, varijs legibus condendis animum applicuimus: inter quas & hanc quoque referri volumus, dilucidè demonſtrantem, & quæ tua magnificentia ſuggeſſit, & cautiſſimè omne ambiguum definientem. Non multum autem à ciuilibus verbis receſſimus, ſed vulgò [n] notioribus vti maluimus, vt ita quicumque in eam inciderint, alterius interpretis nõ egeant auxilio. Ex relatione igitur magnitudinis tuæ cognouimus diuinam legem immortalis memoriæ patris [o] noſtri Leonis, quam ſuper his poſuit qui in hac glorioſa ciuitate ædificare voluerint, quibuſdam ſui partibus propter prauas interpretantium opiniones ambiguam eſſe. 1 ¶ Et nos itaq; præcipimus, vt qui proprias domos renouare cupiunt, non ſolùm veterẽ [p] formam [q] non excedant, (ſicut nec hi, qui nouas ædificant) aut lumen vel proſpectum [a] vicinis auferant, aduerſus ea quæ pridem conſtituta ſunt: verùm etiam addimus, quale ius is qui ædificat, habere debeat, cùm facultatem habet ex pacto vel ſtipulatione mutãdæ, ſi velit, veteris formæ. Tunc enim ſancimus, vt ſi [b] pactum vel ſtipulatio ædificanti ſuffragetur, liceat ipſi ſecundum vim pacti & ſtipulationis ædificare, etiam ſi officere vicinis, quibus pactum aduerſatur, ita ædificando videatur.

2 ¶ Sed cùm noſtra conſtitutio dicat duodecim † pedes oportere relinqui ab eo, qui ædificaturus eſt, inter propriam & vicini domum, & PLVS vel MINVS adijciat, quod magnam ſanè ædificantibus ſecuritatem præſtat: (nihil autem dubium [c] aptum eſt ad tollendam ambiguitatem) diſertè ac perſpicuè iubemus duodecim pedes relinqui intermedios inter vtramque domum, incipientes [d] à ſuperpoſita fundamentis ædificij parte, eademque obſeruatione perſeuerante ad ſummum vſque altitudinis culmen. Et ei, qui hoc in poſterum obſeruauerit, licere domum in quantam [e] voluerit altitudinem excitare & attollere, & feneſtras fabricare, tam quæ proſpectiuæ [f] dicuntur, quàm quæ luciferæ [g], ſecundùm diuinam conſtitutionem, ſiue nouam domum velit extruere, ſiue veterem inſtaurare, ſiue ex incendio collapſam exædificare: Nulla licentia ex hoc ſpatio conceſſa tollendi vicino directum [h] & omni ex latere domus inuiolatum in mare proſpectum, quem domi ſtans vel ſedens habet, non autem detorquendi hunc ipſum proſpectum, ita vt cogatur vicinus ex obliquo [i] mare aſpicere. Quod autem ad hortos [k] atque arbores attinet: nec aliquid in ſuperioribus conſtitutionibus comprehenſum eſt, nec de his hìc aliquid addetur. neque enim conuenit.

3 ¶ Nulli autem liceat ædificanti domum iuxta compitum fortè aut angiportum [l] vel plateam, duodecim pedibus latiorem auferre partem plateæ vel compiti, & proprio ſuper addere ædificio. Non enim quæ ad rempublicam pertinent, minuere, & ædificantibus diuidere volentes, duodecim pedum interuallum in medio domorum definimus, ſed ne anguſtiora ſint domorum interualla. Si autem maius ſit ſpatium, maneat vetus diſtantia, non enim eam minui concedimus, ſed ſeruari vrbi propria iura. Si autem vetus ædificium ſecundùm veterem formam tale erat, vt minus eſſet domorum abs ſe inuicẽ ſpatio duodecim pedum interuallum, ne liceat præter veterem formam in altitudinem ædificium erigere, vel feneſtras facere, niſi decem pedes in medio intercedant. tunc enim proſpectiuas [m] is qui ædificabit, non poterit facere, niſi antea quoque fuerint, vt dictum eſt. Luciferas [n] verò faciet vtique ſex pedum ſeruato ab imo pauimento in altum interuallo: eo tamen non audente vllo modo facere id, quod vocatur pſeudopatum [o] (id eſt, falſum aut fictitium tabulatum aut pauimentum in ipſo

[a] Curiales vrbium domos proprias in eis habere, antiquas reparare, vel de nouo ædificare coguntur. [b] de non curialibus. [c] Reſtitutio ædium præcipitur *vt hic:* & *l. 7. ff. de off. præſi. l. 46. ff. de damno:* è contrario deſtructio inhibetur *l. 2. s. eod. l. vlt. j. de iure reipub.* [d] Legitimum ſpatium noui ædificij ab ædibus publicis, quindecim pedes *vt hic:* & *l. 46. C. Theod. de operib. public.* & 58. *Eclog. 2. c.* περὶ παραγγελίας *ex tit. 11. c. 7. adde l. 11. inf. j. eod.* & *l. 14. de ſeruitut. vrb.* [e] Cuiuis locum propriũ muris cingere licet. [f] De Mœnianis *l. 242. §. 1. ff. de verbor. ſignif.* [g] κρόσσας *Hal.* alij legũt ϛειϛὰς alij ὀρσοθύρας: alij ὀρθὰς. vetuſtiſſimi habent ἐξωϛὰς vti Cuiacius monet *lib. 4. inſt. tit. de act.* & *1. obſ. 30.* ἐξωϛαὶ ſunt proiectiones ἀπὸ τοῦ ἐξωθεῖσθαι, id eſt expellere & proijcere, eámq; lectionẽ confirmat Harmenopulus *2. tit. 4. c.* περὶ ἐξώϛου dicitur etiam ἐξώϛης à quibuſdam ἡλιακὸς *Harmenop. ibid. c.* περὶ ἡλιακοῦ ἤτοι ἐξώϛου, ſolarium *Nouel. Leon. vlt.* & *Harmenop. d. loco. c.* περὶ σωλαρίων *l. 12. j. eod.* [h] Rectè hoc additũ. Nam in prouincijs permiſſum erat ædificare Mœniana, non tamen in vrbe ſemper *Ammian. 27.* Nam & Mœniana Prætextatus præfectus vrbi ſuſtulit omnia, fabricari Romæ priſcis quocunque vetita legibus. † Inter ædificia priuatorum Theodoſium reliquiſſe interuallum X. pedum leges Burgundionum docent. & ius hoc fuiſſe vetus Leo ſcribit *Nouella vlt.* hodie XII. *l. 12. j. eod.* [i] menſuram vel intra XV. pedes ædificare vel mœnianum poſſidere tentauerit &c. *Cuiacius ita reſtituit 19. obſ. 21.* [k] *l. 9. s. eod. adde l. vlt. ff. fin. regundor.* [l] *adde Nouell. 63. 165. 2. Harmenop. 4.* [m] Interpretatio Contij. [n] *v. Gel. 1. c. 10.* [o] id eſt Anteceſſoris. [p] 58. *Eclog. 2. c.* περὶ παραγγελίας *ex tit. 11. c. 10. 2. Harmenop. 4. c.* περὶ ἀνανεώσεως οἴκου παλαιοῦ *l. 1. s. de ſeruitutib. l. 11. ff. de ſeruitutib. vrban. l. 8. §. 3. ff. de oper. noui l. 17. §. 1. ff. de aqua pluu.* [q] de forma dicam *j. eod.*

[a] quo nomine Conſtantinopoli fuit controuerſia inter duos vicinos, Anthemium mathematicum, & Zenonẽ rhetorem de proſpectu inſtituto cõtra veterem morem, & de ſeruitute altius non tollẽdi, & non officiendi luminibus. *Agathias Scholaſticus lib. 5. hiſt.* Similẽ quoque in vrbe refert Zonaras fuiſſe querelã mulieris cuiuſdã aduerſus Petronam præfectum vigilum vicinum ſuum, τὰς ἑαυτοῦ διαίτας ὑψοῦντα καὶ τῇ αὐτῆς οἰκίᾳ ἐπισκοτοῦντα. *adde Cuiacium 17. obſeruat. 35.* [b] *Harmenop. d. loco. Ecloga d. loco. §. 3. in fine j. eodem §. vltimo inſtitut. de ſeruitutib.* † Aedificaturus 12. pedes relinquit inter propriam & vicini domum. & ita abrogatur lex 11. *verſ. quem intercapedinis s. eod.* & Harmenopuli locus *2. tit. 4. c. de domuum extructione: cap. de domuum eleuationibus.* Reducitur tamen à Leone *Nouella vltima.* Legibus duodecim tabularum ſufficiebat intra vicinorum domos ſpatium duorum pedum, dimidij interdum, vt ait Feſtus & Iſidorus 15. *Etym. vlt.* dixi ad leges XII. tabularum *lib. 2. tit. 11. §. 6.* [c] Dubium ambiguitatem non tollit. [d] Principium interualli à vicini ædificio relinquendi ſumendum eſt à fundamentis. Eſt enim fundamentum norma altitudinis. [e] Licet in infinitum ædes ſuas tollere intra legitimum ſpatium. Auguſti lege non licebat 70. pedibus altius tollere *Strabo 5.* Traiani 60. *Sextus Aurelius Victor in Traiano:* Leonis, 100. *vide §. 4. j. eodem.* [f] παρακυπτικὰς καὶ φωταγωγοὺς *hic* & *§. 3. j. eodem:* Harmenopulus *dicto loco:* παρακυπτικῶν tantum facit mentionem: Ecloga feneſtrarum tantum. τοξικαὶ verò aliud genus feneſtrarum eſt apud Harmenopulum *dicto loco, cap.* περὶ τοξικῶν. Galli videntur appellare *archieres & barbacanes.* [g] Feneſtræ proſpectiuæ & luciferæ. [h] Directus in mare proſpectus nemini tollendus, niſi intermiſſo ſpatio centum pedum: obliquus tolli poteſt intermiſſo ſpatio duodecim pedum. Hodie etiam in obliquum ſeruatur ſpatium centum pedum *Nouella 63. 165. Harmenopul. dicto loco, cap.* περὶ ἀπόψεως *in fine.* idque Harmenopulus d. cap. περὶ ἀπόψεως ὀρῶν, ex Papiniani *libro tertio quæſtionũ.* porrigit ad proſpectum montium. Ecloga *dicto loco,* negat vllo modo etiam per obliquum adimi poſſe. [i] Obliquus proſpectus maris, ἐκ πλαγίου *Ecloga dicto loco.* [k] Hortorum atque arborum nulla ſeruitus eſſe debet: Græci id ita explicant, *Ecloga dicto loco.* Apud Harmenopulum *dicto loco cap.* περὶ κήπων καὶ φυτῶν, licet horum proſpectum impedire interpoſitis quinquaginta pedibus. [l] *Vide Eclog. dicto loco.* [m] παρακυπτικὰς *vt s. §. 2.* [n] φωταγωγοὺς *vt ſupra §. 2. adde Harmenop. d. loco c.* περὶ φωταγωγῶν θυρίδων [o] ψευδόπατον.

ædifi-

ædificio) & ita ab hoc pſeudopato ad ſex pedum altitudinem luciferas feneſtras excitare, & ſophiſticè [a] legem interpretari & cauillari. Si enim hoc liceat: eueniet iterum, vt luciferæ [b] æquent proſpectiuarum vtilitatem, & nihil diſtent à proſpectiuis, & vicino [c] noceant. quod quidem fieri prohibemus, nullatenus competens ædificantibus vel ex pacto [d] vel ex ſtipulatione ius tollentes, ſi quod tale prorſus competat.

4 ¶ Inſuper cùm priore lege cautum ſit, centum [e] pedes altas domos combuſtas inſtaurare licere, etiam ſi alteri proſpectum in mare prohibeant: hanc etiam tollentes ambiguitatem, cõſtituimus hoc obtinere tam in his, quæ poſt conflagrationem renouatæ ſunt, quam quæ nunquam antea fuerunt, & nunc primùm extruuntur. Sed & in his quæ nullam ignis iniuriam ſenſerunt, vetuſtate autem aut alia quacumque cauſa defecerunt, & in omnibus omnino domibus, quæ ædificantur, ſi centum pedum ſpatium relinquatur inter circumiacentia loca, omni impedimento ceſſante fiant ædificia, etiam ſi aliis domibus proſpectum in mare adimant. Proſpectum autem hunc liceat auferre [f] a ſolis culinis [g] vel latrinis, vel ſeceſſibus, vel ſcalis, [h] vel traiectibus ad ſola diuerticula vicorum pertinentibus, vel baſterniis, [i] quamuis & intra centum pedes velit quis ædificare, ſi modò tamen duodecim pedes in medio intercedant. Hæc autem obſeruari volumus quando nullum adeſt pactum, [k] quod ædificare volentem adiuuet. Qui autem ex pacto vicini ædificant, intra definitum ab eis modum ædificent. tunc enim & eo non cuſtodito ſpatio permittimus attollere ædificia, etiam ſi proſpectum adimant iis, qui conſenſerunt & pacti ſunt, aut qui in eorum domos ſucceſſerunt: quandoquidem competentia iam quibuſdam ex conuentione iura, per generalem auferri legem non oportet.

5 ¶ Item illud etiam ſtatuimus, ne ea quæ vocantur ſolaria, [l] poſt hanc legem ex ſolis lignis & tabulis conſtruantur, ſed ad eorum, quæ Romanenſia [m] dicuntur, modum & figuram ædificẽtur, & inter duo ſolaria ex aduerſo ſeſe ſpectantia, decem pedes relinquantur. Sin hoc prę loci anguſtiá fieri nõ poſſit, tũc ſolaria fiant ἐκ παραλλαγῆς, hoc eſt vt ſe inuicẽ non ex aduerſo vel ἐκ παραλλήλου reſpiciant, ſed alternis, & ex obliquo atq; tranſuerſo. Si verò ſpatium medium decem pedes non excedat, tunc nulla ex parte nec aduerſa nec tranſuerſa liceat ſolaria aut meniana [n] fabricare. Quæ verò ſecundum ſupra ſcriptam formam ædificabuntur, iubemus alia eſſe ab imo ſolo pedes quindecim, & eorum quidem columnas lapideas aut ligneas ita ſolo imponi iubemus, vt non ad cathetum [o] ſiue perpendiculum ſtent, ſicuti nec muros, vt nec aer qui eſt ſub illis in ſuperiore parte, vt dictum eſt, conſtitutis ſolariis, obturetur, nec ex hoc anguſtior fiat angiportus, & publicum iter. Prohibemus autem & ſcalas [p] à ſolo angiportus inchoare, & ad ſolaria ducere, ita vt tá ex impenſa & pręparatione firmiore, quã quod non ita proxima ſint inter ſe ſolaria, breuiora & rariora & extinctu faciliora ex igne pericula ciuitati, & his qui domos habent, immineant. Si autẽ contra noſtram hanc legem fiat ſolarium vel ſcala: non id ſolum quod factum fuerit, detruncabitur, ſed etiam ædificij dominus decem auri librarum pœnam expectabit: & qui deſignauit architectus, aut qui opus recepit, alias decem auri libras perſoluet, & qui fabricauerit artifex, ſi per inopiam [a] non potuerit pœnam ſoluere, corpore luens à ciuitate fiat extorris.

6 ¶ Præterea iubemus nemini [b] licere multas ex ordine collocatas columnas in publicis porticibus & ſtationibus ab eo, quod vocatur Milium, [c] vſque ad Capitoliũ obſtruere ædificijs, vel ſolis etiam tabulis, vel alijs quibuſuis rebus in medio columnarum extructis: ſed ipſa quidem ædificia non excedant in latitudine pedes ſex, comprehenſis etiam parietibus plateam verſus: in altitudine verò pedes ſeptem. Omnimodo autem volumus per quatuor columnarum ordines relinqui à porticibus ad plateas liberum iter: decorari quoque huiuſmodi tabernacula ſiue officinas exterius ſaltem marmore, vt & ciuitati ſint decori, & tranſeuntibus voluptati. In reliquis autem ciuitatis regionibus [d] extructas in medijs columnis officinas, pro vt vrbi eſſe vtile, & quátenus & quomodo exiſtimaueris, extrui ſancimus, omni [e] æqualitate ſeruata, ne quod vni permittitur, cæteris prohibeatur.

7 ¶ Et hoc quidem conſtituimus, vt ne calumniantium dolis & machinationibus, æquis & bonis viris periculum ſtruatur. Multi enim ædificaturis lites, non ex iniuria aliqua accepta, ſed per inuidiam ſubſtruentes, intermiſſionum illis cauſam præbent: vt eum, qui iam cœperat ædificare, prohibitum, & opus imperfectum relinquere coactum, & in ius tractum, pecuniam ad ædificationem repoſitam, litigando conſumere cogant: & (quod omnium incommodiſſimum eſt) poſtquam victricem ſententiam retulit, adhuc quaſi indiſſolubilibus vinculis obligari contingit, dum appellationis prætextu fatales dies expectare cogitur, & ex hac fruſtratione, & ædificationis interruptione voluptatem capit eius aduerſarius. Adijcimus itaque in eiuſmodi caſibus, vt ſi [f] appellatio ab his, quæ ab arbitro definita ſunt, interceſſerit, ſimul atque miſſa fuerit ad iudicem relatio vel forma ſcriptis redacta, licere victori & victo, non obſeruato legitimo appellationis introducendæ tempore, vnà cum aduerſario vel ſoli ad tuæ [g] magnificentiæ tribunal accedere, & aduerſario ex more vocato, ſi abſit, terminum rei controuerſæ facere: vt omni mora abſciſſa, legitimus liti finis imponatur, ne hieme, ſi ita acciderit, præſente vel imminente, dum longos appellationum dies [h] ſtatos expectare cogitur is, qui iniuſtè ab incepto ædificio prohibitus eſt, damna intolerabilia ſuſtineat. Quod autem eſt proximum, ſi etiam quis in huiuſmodi controuerſijs appellare [i] voluerit, conquerens de magnitudinis tuæ ſententia, illico eam, quam dicunt conſultationẽ [k] fieri iubemus & dari tam victo quam victori, vt de more ſententiam ipſam accuratiùs expendant in ſacro noſtro palatio, omni mora ceſſante. Nouerint autem quicumque ædificantes impedire præſumpſerint, quòd ſi victi fuerint, & omne [l] quodcumque contigerit damnum reſarcient, & materiæ pretia, quam probabile erit corruptam aut deterioratam, eſſe inter litium moras, rependent. Quod autem ad eos qui iniuſtè ædificare tentauerint, attinet: & hi ſi victi fuerint, damna ei, qui ædificium prohibuerit, & cauſæ ideo adeſſe coactus fuerit, refundent. Omnem autem huiuſmodi controuerſiam in ſolo magnitudinis tuæ iudicio decidi præcipimus: & neque vlli cuiquam illuſtrium magiſtratuum audire huiuſmodi cauſas, neque ex hac cauſa litigantes, militiæ vel fori præſcriptione ad detrectandũ [m] iudicium vel ſumptuum & damnorum quæ ſententia glorioſiſſimi præfecti vrbis, aut ab ipſo dati cognitoris continebuntur, ſolutionem detrectandam permittimus: ſed exactioni eos ſubijci volumus, qui ex decreto magnificentiæ tuæ victi fuerint, nemine ad hoc fori præſcriptione vtente.

8 ¶ Prouideat autem magnificentia tua, ne [n] quis redemptorum aut fabrorum aut artificũ opus à ſe inchoatum relinquat imperfectum [o], ſed vt accepta mercede opus quod incepit, perficere cogatur: vel omne damnum, quod inde ædificare volens acceperit, & quidquid omnino diſpendij ſenſit ex eo quod opus perfectum non fuerit, ſarciat. Si autem penuria [p] laboret qui ita deliquerit,

[a] σοφίζεσθαι τὸν νόμον.
[b] Feneſtræ luciferæ proſpectiuis minus vtiles.
[c] Feneſtris proſpectiuis nocetur vicino.
[d] §.1.ſ. eod.
[e] Centum pedum ſpatio intermiſſo proſpectum etiam directum vicino poſſumus adimere Eclog. d.loco. Harmenop. d. loco. c. περὶ ἀπόψεως.
[f] intra minus ſpatium quam centũ pedum ſcilicet. minus, puta intra XII. pedes.
[g] μαγειρείων hic: Ecl. d. loco. μαγειρίου Harmenop. d. loco.
[h] κλιμακὸς hic, κλιμακῶνος Harmen. d. loco.
[i] ἢ διαβάσεων πρὸς πάροδον μόνην χρησίμων, ἢ καὶ τούτων ἃ καλοῦσιν οἱ πολλοὶ βασέρνια hic: ἢ ἀποβασερνίων ἤγουν τῶν λεγομένων παρόδων, ἤτοι διαβατῶν. Harm. d. loco. quidã legunt διαβάσεων. Porro, baſternæ ſunt tranſennę, ſiue protecta quæ habentur in ædibus tranſeundi vel ſpaciandi gratia. Alio ſenſu, baſternæ vehicula ſunt, ſiue lecticæ, vel vt eſt in gloſſis veterum Eſſeda, quæ (quod plerumque ſpeculari lapide clauderentur) eædem gloſſæ illo loco Iuuenalis, *Quæ vehitur clauſo latis ſpecularibus antro*, rectè interpretantur baſternas. Antrum dixit, vt Hieronymus caueam baſternarum. Palladio Amites baſternarum, ſunt perticæ quibus ea vehicula ſuſtinentur. Seruius Honoratus, Pilenta ſunt vehicula, ſicuti nunc baſternas videmus. Lampridius *in Heliogabalo*, Dedit baſternas & rhedas. Ammianus 14. Baſterni per latera ciuitatis cuncta diſcurrunt *adde Cuiac.* 13. *obſ.* 30.
[k] §. 2. §. 3. *ſupra eod.* §. *Vlti. inſtit. de ſeruitutibus.*
[l] Σολάρια *hic* σωλάρια *Eclog. d. loco. Harmenop. d. loco. cap.* περὶ σωλαρίων.
[m] ῥωμανήσια *Græci hic & Eclog. d. loco.*
[n] ἤτοι ἐξώστας. *Græci hic:* *adde Harmenop. d. loco.* περὶ ἡλιακοῦ καὶ ἐξώστου ibi ἡλιακοῦ καὶ ἐξώστου ibi ἡλιακὸν τὸν παρά τισιν ἐξώστην καλούμενον. *dixi ad l.* 11. *ſ. eodem adde Nouell. Leon. Vlt. vbi* περὶ ἡλιακοῦ.
[o] κατὰ κάθετον hic, κατωθεν. *Eclog. d. loco. Harmenopul. d. loco.*
[p] *Eclog. d. loco: Harmenop. d. loco.* Scalæ, traiectus maritimi *Nouell.* 159. ſiue portus aut ſtationes nauium auctore Moſchopulo περὶ σχεδῶν. Alciatus perperam coenacula interpretatur.

[a] *dixi l.* 1. *in fin. ff. de pœnis.*
[b] 58. *Eclog.* 1. *c.* περὶ παραγγελίας *ex tit.* 12. *c.* 22.
[c] ἀπὸ τοῦ καλουμένου μιλίου hic ἀπὸ τοῦ μιλίου *Eclog. d. loco.* vbi Leunclaius miliarium vertit. Miliariũ columna Romæ poſita in foro ab Auguſto, à qua omnes viæ Italiæ initium & finem capiebant. *dixi ad l.* 154. *ff. de Verb. ſignif. adde Suetonium in Othone.*
[d] de regionib. vrbis aliàs dixi. *adde d. l.* 1. ff. 13. ſ. *de officio præfecti Vrbi.*
[e] Ea æqualitas eſt, quoties quod vni permittitur, cæteris non negatur.
[f] 58. *Ecl.* 2. *ca.* περὶ παραγγελίας *ex tit.* 11. *cap.* 11.
[g] Præfectum vrbis intellige, ex inſcriptione huius conſtitutiones.
[h] ἕως περιμένουσι τοὺς μακροὺς τῶν ἐμπροθέσμων χρόνους. Græci *hic* μὴ ἀναμένειν τὰς κυρίας *Eclog. d. loco.* vbi alij legunt κηρίας eaſque definiunt τὰς ἐμπροθέσμους ἡμέρας *qua de re dixi ad Nouellam* 49. *cap.* 1.
[i] hinc conſtat licuiſſe appellare à Præfecto vrbi. quod tamen aliquando prohibitum fuit. ſed poſtea iterum permiſſum *l.* 23. *Cod: Theodo. de appellationib. l.* 2. ff. *de his qui propter me. iu.* vt in ea re minor fuerit authoritas præfecti vrbi q̃ præfecti prætorio. Idem ſignificat Symmach⁹ & ipſe præfectus vrbis lib. 1. epiſt. 41.
[k] τὴν καλουμένην *conſultation.*
[l] *Eclog. d. loco. in fin.*
[m] *Eclog. d. loco.*
[n] *l. Vn. ſ. de monopolijs.*
[o] *d. l. Vn.*
[p] *adde* §. 5. *in fin. ſ. eod. l.* 1. *in fin.* ff. *de pœnis.*

a Nullus id perficere prohibetur, qđ ab alio incœptum.

fuſtibus cæſus ciuitate eijciatur. Nullus a autem id perficere prohibeatur, quod ab altero cœptum opus fuerit: qđ præſumi cognouimus à quibuſdam artificib. vel redemptoribus, nec ijs quæ ipſi cœperint, finem imponentibus, nec alios id perficere ſinentibus, atque inde damnum intolerabile inferentibus ijs, qui domos ſuas fabricari cupiunt. Qui itaque hoc ſolo recuſat opus perficere, quòd ab alio antea inchoatum ſit, is eandem pœnam excipiat, quam is excepit, qui opus reliquit.

*Antonius Contius iuris ſtudioſis. Quid in hac lege reſtituenda, vel in Latinum ſermonem transferenda præſtiterimus experiemini, ſi hanc noſtram operam cum editione Portana & Scrimgeriana contuleritis. nam in vtraque ſequens conſtitutio erat acephala, & in altera ita corrupta & tranſlata, vt magna ex parte aieret quæ hæc negat, negaret quæ hæc aſſerit. En quanta in legibus vel edendis vel transferendis cautio. Vtraque etiam editio prima ipſius cōſtitutionis verba in inſcriptionem ipſius tranſtulit. altera ſic.* Ἀδαμαντίῳ ἐπάρχῳ πόλεως καὶ δικῶν. Εἰρήνης ἀπολάυοντες, &c. Altera vero ſic, Ἀδαμαντίῳ ἐπάρχῳ πόλεως καὶ δικῶν εἰρήνης ἀπολαύοντι. Τὸν παρόντα, &cætera. *Qui error ei contrarius eſt, qui ante Haloandrũ obtinuerat in principio conſtitutionis de Iuſtinianeo codice confirmando: vt illa verba inſcriptionis,* Ex præfecto huius almæ vrbis, *in textum ipſius conſtitutionis irreperent, hoc modo:* Ex præcepto huius almæ vrbis, &c. *Quis autem vnquam appellari audijt præfectum vrbis, præfectum iudiciorum, aut iudiciorum pacis? Itaque quamuis ſola coniectura adiutus ſim, in huius legis principio reſtituendo: omnibus tamen vobis probatum iri iudicium meum ſpero. Eſt autem elegantiſſima lex, & ad multos iuris articulos controuerſos, ſi qua alia, apprimè vtilis.*

*Ad ſuperiorem legem Zenonis,*

13. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni P.P.

b *l.12.* ſ̃*.eod. Nouell. 63. in princ.*

c ad Adamantium, vt ex inſcriptione *d. legis 12. conſtat.*

CVm dubitabatur vtrùm conſtitutio Zenonis b diuæ memoriæ ad c Amantium præfectum vrbi ſcripta, quæ de ſeruitutibus loquitur, localis eſſet, & huic florentiſſimæ vrbi dedicata, deberent illius quidem iura in hac obſeruari: antiqua verò, quæ contraria ſunt, locum habere in prouincijs: indignum eſſe noſtro tempore putantes, aliud ‖ d ius ‖ in hac regia ciuitate de huiuſmodi obſeruari, aliud apud noſtros eſſe prouinciales: ſancimus eandem conſtitutionem in omnibus vrbibus Romani imperij obtinere, & ſecundùm eius definitionem omnia procedere: & ſi quod ius ex ea lege innouatum eſt à vetere diſpoſitione, hoc & in prouincijs à præſidibus earum obſeruari: cæteris videlicet omnibus quæ non per Zenonianam legem innouata ſunt, ſed veteribus legibus comprehenſa, in ſua firmitate in omni loco manentibus. Dat. Kalend. Septemb. Conſtant. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

d Ius vrbanum ad prouincias plerumque extenditur.

e *dixi ad 39.* ff. 1.

DE NOVI e OPERIS NVNciatione,

Tit. XI.

*Si nunciator noui operis ſit paratus ſtatim de iure ſuo docere, debet audiri & de cauſa cognoſci, & intra tres menſes terminari. Salyc.*

1. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni P.P.

DE operis noui nuntiatione quandam antiquis ortam fuiſſe dubitationem noſtra cognouit tranquillitas: dicentibus, ſi quis denunciationem ad inhibendum opus miſerit, non poſſe eum poſt annum elapſum ex quo denunciatio miſſa eſt, iterum ædificationem prohibere. Quod dupliciter iniquum nobis eſſe videtur. ſiue etenim non rectè opus prohibuerit, decet non per totum annum hoc impediri: ſiue rectè denunciationem emiſerit, etiam poſt annum licentiam habere ædificationem prohibere. Talem igitur iniquitatem inhibentes, ſancimus, ſi quis denunciationem emiſerit, in hac quidem regia vrbe præfectum vrbi feſtinare: in prouincia verò rectorem eius intra trium a menſium ſpatium cauſam dirimere. ſin verò aliquod fuerit quocumq; modo ad deciſionem ambiguitatis impedimentum, licentiã habere eum qui ædificationem deproperat, opus de quo agitur, efficere, prius fideiuſſore ab eo dato officio vrbicariæ præfecturæ, vel prouinciali, vt ſi non rectè ædificauerit, omne opus ꝙ poſt denunciationẽ fecerit, ſuis ſumptibus deſtruet. Sic enim & opera non per inanes denunciationes prohibebuntur, & rectè denunciantibus conſuletur. Dat. 12. Kal. Nouemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo. 532.

a hæc Nũciatio noui operis intra tres menſes finiẽda. poſt tres menſes is cui nouum opus nunciatũ eſt impunè ædificare poteſt, præſtita cautione de opere reſtituendo.

DE OPERIBVS PVblicis, b

Tit. XII.

*Iudex non poteſt immunitatem concedere ab opere publico. Salyc.*

1. Imp. *Conſtantius & Conſtans* AA. c ad Catulinum.

PLVRIMI d immunitates operum publicorum conceſſione e iudicum adepti ſunt: & ideo iubemus in poſterum elicitas immunitates nullius eſſe momenti. Dat. 6. Kal. Aug. Sirmij, Vrſo ‖ Lupulo ‖ & Polemio Coſſ. 338.

b 15. *Cod. Theodoſ.* 1. 50. ff. 10. 54. *Eclog.* 12. Pertinet quoque hic titulus ad interdicta de pœnis publicis *l. 1. ff. de interdictis.*

2. Iidem AA. ad Marcellinum com. Orientis.

QVæ f operibus publicis impenſa g conſtiterit, accepto ferri oportere cognoſcas. Dat. 5. Non. Octobr. Conſtantinop. Limenio & Catulino Coſſ. 349.

c Haue Catuline kariſſime *l. 5. Cod. Theod. eod.* & *l. 6.* ǰ*. eod.*

3. Græcæ conſtitutionis epitome. h

NEque monachus neque alius quiuis in loco publico vel vbi ſpectacula fiunt, crucem i imponat aut reliquias ſanctas.

4. Iidem AA. Ecdicio præfecto Ægypti.

PRætoria k iudicum & domus publicas l oportet publico iuri atque vſui m ‖ ſemper ‖ vindicari. PP. 4. Non. Decemb. Antiochiæ, Mamertino & Neuita Coſſ. 362.

d *d. l. 5. Cod. Theodoſ. eod.*

*Sumptu publico non poteſt iudex nouum opus inchoare, ſine principis licentia, ſed antiqua reſtaurare ſic. Salyc.*

5. Impp. *Valentin. & Valens* AA. ad Symmachum præfect. vrb.

e iudex immunitatem ab opere publico concedere non poteſt.

INtra n vrbem Romam ‖ veterem & nouam o ‖ nullus iudicum nouum opus informet p, quoties ſerenitatis noſtræ q arbitria ceſſabunt, ‖ niſi r ex ſuis pecunijs huiuſmodi opus conſtruere voluerit. ‖ Ea tamen inſtaurandi, quæ iam deformibus ruinis intercidiſſe dicuntur, vniuerſis licentiam damus. Dat. 8. Kalen. Iun. Philippis, diuo Iouiano & Varroniano Coſſ. 364.

f *l. 6. Cod. Theod. eod.*

6. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* AAA. ad ſ Proculum.

PRæſcriptio temporis t iuri publico non debet obſiſtere, ſed nec reſcripta u quidem. atque ideo diruenda ſunt x omnia, quæ per diuerſas vrbes vel in foro vel in publico quocunque loco ‖ contra y ornatum & commodum ac decoram faciem ‖ ciuitatis exſtructa noſcuntur. Dat. 3. Id. Iun. Conſtantinop. Merobaude II. & Saturnino Coſſ. 383.

g Impenſas in operis publicis accepto ferri oportet 54. *Eclog.* 12. *cap.* 5. *ex lib.* 58. *tit.* 12. *cap.* 2.

7. Iidem AAA. Cynegio P.P.

AD z portus, aquæ ductus ‖ & murorum ‖ inſtaurationem ‖ ſiue exſtructionem, ‖ omnes certatim facta operarum collatione inſtare a debent, neque aliquis ab huiuſmodi conſortio dignitatis priuilegijs excuſari. Dat. 15. Kal. Feb. Conſtantinop. Richomere & Clearcho Conſſ. 384.

h Cuiacius *hic* negat Græcam eſſe conſtitutionẽ ſed potius Latinã eſſe ait *ex l. 26.* ſ̃*. de epiſc.*

i *d. l. 26.*

k *l. 8. Cod. Theodoſ. eod.* l domos iudiciarias *d. l. 8.* m non in priuatorum vſus. n *l. 11. Cod. Theodoſ. eod.* o id eſt Conſtantinopolim. p ſumptu ſc. publico. q 54. *Eclog. 12. cap. 5.* r Iudex, ſua pecunia ſine reſcripto principis, nouum opus poteſt ædificare. ſ Haue Procule K. N. (id eſt Kariſſime nobis) *l. 22. Cod. Theodoſ. eod. adde l. 1.* ſ̃*. eodem.* t *l. 9. l. 45. ff. de vſucapionib. l. 2.* ſ̃*. Ne rei dominicæ. adde inſtit. de vſucapionib. Nouel. 30. c. 7.* u *l. 3. ſupra de precib. imperat.* x 58. *Eclog. 2. c.* περὶ παραγγελίας *ex tit. 12. c. 6.* y Contra ornatum vrbanum ædificare non permittitur. z *l. 23. Cod. Theod. eod.* 54. *Eclog. 12. c. 7. l. 7. ſupra de ſacroſanctis eccleſ. adde Nouel. 38. Nou. 149. c. 3.* a inſtaurare. *Hal.*

*Ille qui præeſt operi publico conſtruendo, tenetur de operis vitio intra quindecim annos in futurum apparituro. Salycet.*

8. Iidem AAA. Cynegio præfecto prætorio.

OMnes [a] quibus vel cura mandata fuerit operum publicorum, vel pecunia ad exſtructionem ſolito more credita, vſque ad annos quindecim [b] ab opere perfecto cum ſuis hæredibus teneantur obnoxij: ita vt ſi quid vitij in ædificatione intra præſtitutũ tempus peruenerit, de eorum patrimonio (exceptis tamen his caſibus, qui ſunt fortuiti) reformetur. Datum 3. Non. Febr. Conſtantinop. Arcadio A. I. & Bautone Conſſ. 385.

[a] l. 24. C. Theodo. eod. Eclo. d. loco c. 8.

[b] Curator operis publici, tenetur de operis vitio intra quindecim annos.

9. Imppp. *Theodo. Arcad. & Honor.* AAA. Aureliano præfect. vrbi.

SI [c] quando conceſſa à nobis licentia fuerit exſtruendi: id ſublimis magnificentia tua ſciat eſſe ſeruandum, vt [d] nulla domus inchoandæ publicæ fabricæ gratia diruatur: niſi vſque ad L. libras argenti pretij æſtimatione taxabitur. De ædificijs verò maioris pretij ad noſtram ſcientiã referatur: vt vbi amplior poſcitur quantitas, imperialis extet auctoritas. Dat. 3. Kal. Mart. Conſtantinop. Theodoſio A. III. & Abundantio Conſſ. 393.

[c] l. 30. C. Theodoſ. eod.

[d] Domus excedẽtes valorem 50. librarum argenti dirui non debent etiam ad opus publicum ædificandum *vt hic*: poteſt tamen excipi caſus legis 14. j. *eod.*

10. Iidem AAA. Rufino præfecto prætorio.

SI [e] qui iudices, perfecto ‖publicis pecunijs‖ operi ſuum [f] nomen ſine noſtri numinis mentione inſcripſerint, maieſtatis teneantur obnoxij. Dat. 3. Non. Iul. Conſtantinop. Arcadio III. & Honorio II. AA. Conſſ. 394.

[e] l. 31. C. Theodoſ. eod.

[f] de nomine inſcribendo *adde l. 3. in fi. ff. eod.*

11. Impp. *Arcadius & Honor.* AA. Euſebio comiti ſacrarum largitionum.

NE [g] ſplendidiſſimæ vrbes vel oppida vetuſtate labantur, de [h] reditibus fundorum iuris reipublicæ tertiã [i] partem reparationi publicorum mœnium, & thermarum ſubſtitutioni [k] deputamus. Dat. 11. Kalen. Iul. Mediolani, Olybrio & Probino Conſſ. 395.

[g] l. 32. C. Theodoſ. eod.

[h] Vnde ſumptus recuperandis ædificijs ſumãtur *adde l. 3. j. de vendend. reb. ciui. l. 3. j. de diuerſis prædijs. adde leg. 17. j. hoc tit.*

[i] *Eclog. d. lib. c. 11.*

[k] ſubuſtioni *d. l. 32.* ἐγκαύσει, malè in ſynopſi Eclogæ *d. loco ca.* 11. legitur ἐκκαύσει. *v. Cuiac. 18. obſ. 37.*

*Incolæ ciuitatis debent pro viribus conferre ad constructionem operis publici. Salyc.*

12. Iidem AA. Cæſario præfecto prætorio.

OMnes [l] prouinciarum rectores literis moneantur, vt ſciant ordines atque incolas vrbium ſingularum muros vel nouos debere facere, vel veteres firmius renouare, ſcilicet hoc pacto impendijs ordinandis, vt adſcriptio currat pro viribus ſingulorum, deinde adſcribantur pro æſtimatione operis futuri territoria ciuium: ne plus poſcatur aliquid, quàm neceſſitas imperauerit, néve minus: ne inſtans impediatur effectus. Oportet namque per ſingula ‖non ſterilia‖ iuga [m] certa quoque diſtribui, vt par cunctis præbendorum ſumptuum neceſſitas imponatur: ‖nemini excuſatione vel alia pręſumptione ab huiuſmodi immunitate præbenda.‖ Dat. 9. Kal. April. Arcadio IIII. & Honorio III. AA. Conſſ. 396.

[l] l. 34. C. Theodoſ. eod.

[m] quidam legunt iugera: & malè.

13. Iidem AA. Theodoto præfecto prætorio.

NEmo [n] iudicum in id temeritatis erumpat, vt, inconſulta pietate noſtra, noui aliquid operis exiſtimet inchoandum: vel ex diuerſis operibus ornamenta [o], aut marmora, vel quamlibet ſpeciem, quæ fuiſſe in vſu & ornatu probabitur ciuitatis, eripere, vel alio transferre ſine iuſſu ſublimitatis tuæ audeat. Etenim ſi quis contrà fecerit, ſex libris auri multabitur. Similis etiam condemnatio ordines ciuitatum manebit, niſi ornamentum genitalis [p] patriæ decreti huiuſmodi auctoritate defenderint. Horreorum autem vel ſtabulorum fabricas arbitratu proprio prouinciarum iudices ſtudio laudandæ deuotionis arripiant. Dat. ‖3.‖ Kalen. Ian. Mediolani, Honorio IIII. & Eutychiano Conſſ. 398.

[n] l. 37. C. Theodoſ. eod. *adde l. 5. l. 6. s. eod.*

[o] æramen *d. l. 37.*

14. Iidem AA. Seuero P. V.

AEdificia [q], quæ vulgo [r] parapetaſia [s] nuncupantur, vel ſi qua alia opera [t] mœnibus vel publicis operib. ita ſociata cohærent, vt ex his incendium vel inſidias vicinitas reformidet, aut anguſtentur [u] ſpatia platearum, vel minuatur porticibus latitudo, dirui ac proſterni præcipimus. Dat. 6. Id. Octo. Conſtantin. Honorio A. IIII. & Eutychiano Conſſ. 398.

15. Iidem AA. Eutychiano præfect. prætorio.

SI [x] aliquando homines emergãt, qui à noſtra clementia opus publicum ſibi pręberi poſtulauerint: non niſi diruta [a] penituſq́; deſtructa, & quæ parum ſunt in vſu ciuitatum, percipiant: intimandis huiuſmodi reſcriptis iudicio ampliſſimæ tuę ſedis. Datum Idib. Decemb. Honorio A. IIII. & Eutychiano Conſſ. 398.

[p] genitalis patria. [q] *l. 39. Cod. Theodoſ. eodem.* [r] vulgi more *d. l. 39.* [s] *d. l. 39.* pareſſia *Hal.* παραπετάσια *Baſilic.* παραπήσια *Cuiac. hic.* id eſt, adplicita vel adficta muris vel alijs operibus publicis. Parepetaſia verò, quaſi adtenſa. [t] opera publicis mœnibus vel priuatis ſociata, &c. *d. l. 39.* [u] Nota. [x] *l. 40. C. Theod. quæ hic admodum immutata eſt.*

[a] Conceſſio generalis de opere publico, intelligitur de diſtructo & diruto. quod tamen non fit in vſu publico.

*Locus ad vſum priuatorum in palatio publico fabricatus, dirui mandatur, & in poſterum fieri prohibetur. Salyc.*

16. Iidem AA. Æmiliano præfecto [b] prætorio.

SI [c] quando vſus exegerit vel porticus vel quaſlibet ædes ætatis ſenio ſeu fortuitis concuſſas caſibus reparari: liceat, etiam inconſulta clemẽtia noſtra, cum reuerentia ſui, imaginem [d] deponere vel noſtram, vel retrò principum, reportatamq́; poſt refecta ædificia loco proprio denuo collocare. Dat. 5. Kalen. Iul. Conſtantinopol. Arcadio A. VI. & Probo Conſſ. 406.

[b] præfecto vrbi *l. 44. Codice Theod. eod.*

[c] *d. l. 44.*

[d] Imago principis reponẽda. De honore principum imaginibus adtributo *dixi l. 7. in fi. ff. ad leg. Iul. maieſtat.*

17. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Monaxio P. P. [e]

QVicunque [f] locus in palatio [g] huius vrbis priuatis ædificijs incommodè occupatus eſt: is quamprimum ſubruptis omnibus, quæ in eo ſunt, ædificijs, palatio reformetur: quod priuatorum non eſt parietibus coarctandum. Nam imperio magna ab vniuerſis ſecreta [h] debentur: vt hi tantùm locum habeant habitandi, quos legitimus maieſtatis noſtræ vſus, & reipublicæ diſciplina delegit: in futurum etiam vniuerſis ab huiuſmodi vſurpatione prohibendis. Datum 9. Kal. Mart. Conſtantinop. Honorio VIII. & Theodoſio III. AA. Conſſ. 409.

[e] Præfectum vrbi *l. 47. Codic. Theod. eo.*

[f] *d. l. 47.*

[g] Palatij loca priuatorũ ędificijs occupari non oportet.

[h] Imperio magna ſecreta debentur.

18. Iidem AA. Anthemio præfecto prætorio.

TVrres [i] noui [k] muri, qui ad munitionem ſplendidiſſimæ vrbis extructus eſt, completo opere præcipimus eorum vſui deputari, per quorum terras idem murus ſtudio ac prouiſione tuæ magnitudinis ex noſtræ ſerenitatis arbitrio celebratur: eadem lege in perpetuum & conditione ſeruanda, vt annis ſingulis hi, ad quorum iura terrulæ demigrauerint, proprio [l] ſumptu eorum inſtaurationem ſibimet intelligant procurandam, eorúmque vſu publico beneficio potientes, curam reparationis ac ſolicitudinem ad ſe non ambigant pertinere. Ita enim ſplendor operis, & ciuitatis munitio, cum priuatorum vſu & vtilitate ſeruabitur. Datum prid. Non. April. Lucio V. C. Coſ. 413.

[i] *l. 51. C. Theodoſ. eod.*

[k] a Theodoſio iuniore ędificati. *dixi Nouell. 59. c. 5. adde l. 7. j. de metatis. l. 18. s. de ſacroſan. eccleſ.*

[l] Turres & muri pro munitione ciuitatũ in agris priuatorũ ædificati, eorũ ſumptu reparantur.

19. Iidem AA. Seuerino præfecto [m] prætorio.

QVia [n] plurimæ domus cum officinis ſuis in porticibus Zeuxippi eſſe memorantur: reditus memoratorum locorũ pro quantitate, quæ placuit, ad præbenda luminaria [o], & ædificia ac tecta reparanda [p], regiæ huius vrbis lauacro ſine aliqua iubemus excuſatione conferri. Dat. 5. Idib. Ianua. Victore V. C. Coſ. 424.

[m] præfecto vrbi *l. 52. Codice Theodoſ. eod.*

[n] *d. l. 52.*

[o] De ſumptibus ad præbẽda luminaria, ędificia & tecta reparãda. *adde l. 11. s. eod. adde quæ ſcripſi ad l. 2. ſupr. de aleatorib.*

[p] reparandæ gratia vrbis lauacro *dicta l. 52.*

*Quis non poteſt ſibi vſurpare portum vel porticum publicam ſine principis licentia. Salyc.*

20. Impp. *Theodoſius & Valentin.* AA. Cyro præfecto vrbi. [q]

QVi [r] ſine auctoritate diuini reſcripti ad iudicium tuæ celſitudinis deſtinandi, angiportus integros, vel partes ſuis domibus incluſerunt, ſeu porticus vſurparunt [s]: proculdubio iura priſtina ſacratiſſimæ reddere ciuitati ‖iubemus:‖ multa ‖auri‖ quinquaginta librarum non defutura, ſi quis poſthac in ſimilem audaciam prodire tentauerit. Datum Kalend. Nouemb. Theodoſio A. XVII. & Feſto Conſſ. 439.

[q] & conſuli deſignato *Nouell. Theodoſ.*

[r] 58. *Eclog. 2. c.* περὶ παραγγελίας *ex tit. 11. c. 19.*

[s] *l. 4. ſupr. eod. l. 21. j.*

21. Iidem AA. Cyro P. V.

BAſilicam [t] inauratam, & marmoribus decoratam, liberam in perpetuum manere, neque alicuius imaginis, aut pictarum cuiuſlibet honoris tabularum obumbratione fuſcari iubemus, neque in aliqua parte eiuſdem baſilicæ tabulato quidquam opere ſtationes, [u] ergaſteriáve conſtitui ſancimus. Illud quoque decernimus, ne in eam equos [x] liceat intromitti, vel nuptias celebrari. Datum 11. Kalend. Febr. Conſtantinop. Valentin. A. V. & Anatolio Conſſ. 440.

[t] Quæ opera in baſilica fieri non liceat.

*Iudex non debet prius opera noua inchoare, quàm inchoata perficere. Salyc.*

22. Imp. *Leo* A. Erythrio.

NEmini [y] iudicum liceat in hac inclyta vrbe, vel in prouincijs noua opera inchoare, priuſquam [z] ea, quæ incepta inuenerit à deceſſore vel prædeceſſoribus ſuis, vetuſtate diruta, aut deſidia derelicta, diligenti ſtudio inſtantiaq́; compleuerit: cum ex hoc plurimũ laudis acquirat, ſi ea culta & perfecta reddiderit, quæ vetuſta

[u] *l. 7. §. 13. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ.* [x] *adde l. 4. ſupr. de Iudæis.* [y] *huc refer l. 3. Cod. Theod. eod.* [z] *d. l. 3.*

ſunt, & inſtaurationem requirunt, quęque ab aliis initiata & imperfecta reſederant. Dat. II. Kal. Martij, Conſtantino. Martiano & Zenone Conſſ. 469.

*Deſideratur Græca conſtitutio id continens, quod primo cap. l. 26. ꝯ. de epiſcop. aud. cauetur, quod miror Ant. Aug. non aduertiſſe. illius ergo conſtitutionis prior pars hic videatur.*

## DE RATIOCINIIS [a] OPERVM PVblicorum, & de patribus [c] ciuitatum,

### Tit. XIII.

1. Imp. *Zeno* A. Arcadio præfecto prætorio.

IVBEMVS prouinciarũ quidem rectores [c], & ſingulæ diœceſeos viros ſpectabiles iudices, id eſt præfectum Auguſtalem, & comitem Orientis, & vtroſq; proconſules, & vicarios, vna cum ſuis apparitoribus pro tenore generalium magnificæ tuæ ſedis diſpoſitionum, diſcutiendis [d] publicis operibus, vel aquæductibus qui ex ciuilibus reditibus, vel à quolibet ſpontanea munificentia facti ſunt vel fuerint, modis omnibus abſtinere: nec aliquid quolibet modo, vel quolibet tempore in diſcutiendo ciuiles reditus, vel facta opera, vel quæ fieri adſolent, vnam ſiliquam ſibi ex ſingulis erogandis ſolidis vindicando, aut quodcumque lucrũ captando, cum huiuſmodi rebus habere commune, vtpote patribus [e] ciuitatum, & curæ eorum deputatis. Qui verò opus aliquod pro ſua liberalitate ſe facturos promiſerint, licèt certum ſit eos ‖ ex ſola [f] ‖ pollicitatione vel pactione ad implendum ſuæ munificentiæ opus neceſſitate iuris teneri: nullum tamen eos vel hæredes eorum ſuper facto opere ratiocinium, vel diſcuſſionem aliquam, vtpote non integram promiſſam quantitatem ad id opus erogatam, vel inutiliter facto opere, aut alia quacumque ratione, quocumq; modo, quocumque tempore inquietudinẽ ſuſtinere concedimus. Quòd ſi vir clariſſimus prouinciæ moderator, vel eius officium, reditus publicos vel opera publica contra vetitum diſcutiendo, vel vnam ſiliquam, aut quodlibet ex iiſdem reditibus vel operibus vindicando, ſacratiſſimæ noſtræ legis præcepta tranſierit: quinque quidem officij primates exilio damnati perpetuo, bona ſua ciuitati quam læſerint, non dubitent vindicanda: rector verò prouinciæ quinquaginta librarum auri ferietur diſpendio: hac eadẽ pœna ſpectabilibus quoq; iudicibus (licet illuſtri dignitate fuerint decorati) & eorum officiis (ſicut ſuperius dictum eſt) imminente. Dat.*

[a] *l. 2. ꝯ. titul. proximo.*
[b] Hi curam habent operum publicorum *l. vn. ꝯ. eod.* eorundẽ fit mentio *in Nouell.* 17. 75. 84. 104. 128. 160. Curam quoq; armamẽtariorum habent *Nou.* 17. 128. quæ & ipſa numerãtur inter publica opera: & pecunię publicæ *l. 1. ꝯ. de aleatorib. adde l. vlt. ꝯ. de infantib. expoſit. adde l. 3. ꝯ. de his qui ſponte. l. 1. ꝯ. quib. muner. excuſ. l. 2. ꝯ. de debitor. ciuit. l. 1. de ſolutionib. l. 46. ff. de damno.*
[c] *Nouell.* 17. *c. 3.*
[d] id eſt, curandis.
[e] *dixi in epigraphe ꝯ. eod.*
[f] *l. vlt. infr. de diſcuſſorib. v. l. 1. l. 3. ff. de pollicitat. adde* 54. *Eclog.* 12. *ex tit.* 13. *cap.* περὶ τῶν ἐπαγγελλομένων δημόσιον τι ἔργον ποιεῖν.
[g] *dixi ad* 20. *ff.* 1.

## DE PIGNORIBVS [g] ET hypothecis,

### Tit. XIIII.

*Per ſolam pignoris ceſſionem debitor non liberatur. Salyc.*

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Timotheo.

DEBITOR, qui pignoribus profitetur ſe creditorib. cedere [h], nihilo magis liberabitur. PP. V. Kalend. Mart. Seuero A. II. & Albino Conſſ. 195.

2. Iidem AA. Lucio.

QVamuis conſtet ſpecialiter [i] quædam & vniuerſa bona generaliter aduerſarium tuum pignori accepiſſe, & æquale ius in omnibus habere: iuriſdictio tamen temperanda eſt. Ideoq; ſi [k] certum eſt poſſe eum ex his, quę nominatim [l] ei pignori obligata ſunt, vniuerſum redigere debitum: ea, quæ poſtea ex eiſdem bonis pignori accepiſti, interim tibi non [m] auferri præſes ‖ prouinciæ ‖ iubebit. PP. 2. Kal. Iul. Chilone & Libone Coſſ. 205.

*Ex pacto concedi poteſt, vt creditor ſua auctoritate rei obligatæ poſſeſſionem accipiat.*

3. Iidem AA. Maximo.

CReditores, qui non reddita ſibi pecunia, cõuentionis [n] legem ingreſſi poſſeſſionem exercent, vim quidem facere non videntur: attamen [a] auctoritate præſidis poſſeſſionem adipiſci debent. PP. Kal. Maij, Antonino A. II. & Geta II. Coſſ. 206.

4. Iidem AA. Bellio.

CVm te pecuniam accepiſſe, & agros tuos obligaſſe fatearis: non habet rationem, quod quereris vi [b] te coactum pignori dare. Si igitur recipere vis rem tuam, ſolue creditori ‖ tuo ‖ pecuniam debitam. Dat. 3. Kal. Iunij, Antonino A. III. & Geta III. Conſſ. 209.

5. Imp. *Antoninus* A. Domitio.

PRæſes prouinciæ vir clariſſimus ius pignoris tui exequentem te audiet. nec [c] tibi oberit ſententia aduerſus debitorem tuum dicta, ſi eum colluſiſſe [d] cum aduerſario tuo, aut (vt dicis) non cauſa cognita, ſed præſcriptione ſuperatum eſſe conſtiterit. PP. Idib. Maijs, Romę, Duobus & Aſpris Conſſ. 213.

6. Idem A. Quinto.

IN ſumma debiti computabitur etiam id, quod propter poſſeſſiones pignori datas ad collationem viarum muniendarum, vel quodlibet aliud neceſſarium obſequiũ præſtitiſſe [e] creditorem conſtiterit. PP. 3. Kalen. Aug. Antonino A. IIII. & Balbino Coſſ. 214.

7. Imp. *Gordianus* A. Martiano.

VSucapio [f] pignoris [g] conuentionẽ non extinguit [h]. PP. Non. Septemb. Pio & Pontiano Coſſ. 239.

8. Idem A. Feſto.

QVamuis perſonali [i] actione expertus aduerſus reum vel fideiuſſores ſeu mandatores eius feceris condemnationem: pignoris tamen adhuc habes [k] perſecutionem [l]. PP. Id. Mart. Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

9. Idem A. Attico.

SI dominium eius poſſeſſionis, quæ pignori data eſſet, à debitrice domina ad te tranſlatum eſt, eamq́ue poſtea creditor, vel eius hęredes detinere cœperunt: vindica eam rem præſide prouinciæ curante, vt fructuum [m] deducta [n] ratione, reſiduoq; à te oblato, ſi fuerit ſatisfactũ, ea poſſeſſio tibi reddatur. PP. 3. Kalend. Octobr. Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

*De vrbanitate ante ingreſſum iudicij, debet conueniendus requiri extra iudicium.*

10. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. & CC. Alexandro.

DEbitores præſentes prius [o] denunciationibus conueniendi ſunt. Igitur ſi [p] conuenti debito ſatis non fecerint, perſequenti tibi pignora ſeu hypothecas, quas inſtrumento ſpecialiter comprehenſas eſſe dicis, competentibus actionibus, rector prouinciæ auctoritatis ſuæ auxilium impartiri non dubitabit. Dat. 14. Kalen. Febr. ipſis IIII. & III. AA. Coſſ. 290.

11. Iidem AA. & CC. Euphroſino.

NOminatori [q] pignori capere ſine [r] præſidis auctoritate res nominati non licet. S. 3. Id. Mart. AA. & Coſſ.

[h] Pignoris ceſſio non liberat debitorẽ, *l. 8. in fin. ꝯ. ſi certum. l. 28. ff. de reb. creditis.*
[i] *adde l. 2. ff. qui potior. Cuiac.* 11. *obſ.* 32. *in fin.*
[k] Pignore ſpeciali idoneo, creditor ex generali ſua hypotheca rectè non agit. Specialis hypotheca ſecũdi creditoris præfertur ſpeciali prioris idoneæ.
[l] id eſt, ſpecialiter. [m] vt non obſtet *l. 2. ꝯ. qui potiores.* [n] Vi pacti pignus propria auctoritate capi poteſt *vt hic: l. 11. inf. ꝯ. de pignoratit. l. 9. ꝯ. ſoluto. l. 56. ff. de contrahẽ. empt. facit l. 1. §. 2. ff. de arboribus cadend. vide Vurmſer. 1. pract. 30. c. 3.*

[a] Quæ mihi licet exigere meo iure, honeſtius, melius ac tutius eſt exigere per iudicem, *l. 7. §. 1. ff. de rebus eorũ qui ſub tut. l. 7. §. 3. in f. ff. quod vi. l. 81. in fin. ff. de ſolutionib. facit l. 10. ꝯ. eod.* Ita Cæſar Herodi licentiã dedit in liberos, ſed conſilium adiunxit, aſſerens, melius conſulturum, ſi proximiores reges eorum que qui præſunt prouincijs conciliũ congregaret. *Ioſephus, Egeſippus. adde Cuiac. 16. obſ.* 12.
[b] Qui pignus dedit creditori non aliter mutuare volenti, non dicitur vim pati, *l. 12. ꝯ. de reſcindenda.*
[c] Victoria tertij aduerſus debitorẽ nõ nocet creditori litis conteſtationem ignoranti *vt hic. l. 3. in fi. ff. eod. l. 63. verſ. ſcientib. ff. de re iudic. l. 4. §. 4. in f. ff. de appellatio.* ſatis eſt enim pignoris cõuẽtionem pœnitentiã pręceſſiſſe *l.* 29. *in f. ff. de except. rei iudicatæ.* [d] Debitor per colluſionem iudiciariam alienans, creditori non nocet. [e] Creditor, ſumptus neceſſarios circa pignus factos repetit, *l. 7. in f. ꝯ. de pignorat. l. 8. ff. de pignorat. l. 32. §. 6. in f. ff. de adminiſt. tutor.* [f] *l. 1. §. 2. ff. eo. l. 44. §. 5. ff. de vſucap.* ἡ χρονία νόμη. 25. *Eclog. 2. c. 41.* id eſt, longa temporis poſſeſſio *l. vlt. in f. ꝯ. de oblig.* [g] pu-ta pignorati ſerui. [h] & ita vſucapto ſeruo ius pignoris aut vſusfructus non perimitur *vt hic: l. 17. §. 2. ff. de vſufructu.* Cur ita, cùm operæ mihi legatæ perimantur *l. 2. ff. de vſufructu legato.* Operę ius dominij ſequuntur, pignus & vſusfructus non item. *vide Cuiac. 19. obſeru.* 23. [i] Debitor actione perſonali conuentus & ob eam cauſam condemnatus, nõ ideo iũs pignoris amittit, *l. 13. §. 4. ff. eod. l. vn. ꝯ. etiam ob chirographar.* [k] & merito. conſtat enim pecuniam creditori ſolutam eſſe, *l. 11. ff. de pignorat. l. 13. §. primo ff. ad Velleian.* [l] Perſecutio pignoris, eiuſdem vindicatio *vide Cuiac. 15. obſeru.* 22. [m] Creditor fructus perceptos in ſortem imputat. Quid ſi nondum ſortem exæquant? debitori, aut eius vicem ſuſtinenti reſiduum offerenti pignus reddere cogitur. [n] Fructus debitum extenuant. [o] Si conuenit, ne pignus debitoris diſtrahatur, & perpetuam moram ſoluẽdi faciat, ſolenniter ac teſtibus denunciare eidem poſſum, vt pignus luat *vt hic: Paulus 2. ſent. 5. §. 1. l. 4. ff. de pignorat. act.* eo moram faciente, iuſſu iudicis pignus vendi poteſt, *l. 17. in fin. ff. de adminiſt. tut.* aliàs denunciatio præciſè non requiritur, *§. 15. in fin. Inſtit. de act.* vt malè quidam hic adſerunt. *adde leg. 3. ff. de ſeruitut. vrban. Superioribus adde l. 3. in fin. ꝯ. eodem. adde quæ ſcripſi ad l. penult. ff. de diſtract. pign. Cuiac. 5. obſeru.* 31. [p] Debitore moram faciente, pignoratitia agimus. [q] Citra pactum aut iuſſum iudicis, rem alienam pignori non capimus. [r] *l. 9. ff. de munerib.*

*Vir ſuccedens vxori, res quas vxor obligauerat, ſoluto debito recuperat. Bald.*

12. Iidem AA. & CC. Euſebio.

SI vxor tua pro pecunia, quam accepit mutuò res proprias obligauit pignori, eique tu ſucceſſiſti [a]: licet inſtrumento eius facti teſtimonium collatum non ſit: ſoluto ‖ tamen ‖ debito, creditorem de his tibi reddendis ſolenni iure conuenies. S. 5. Kal. April. AA. Coſſ.

13. Iidem AA. & CC. Matronæ.

CVm dominam non [b] minorem vigintiquinq; annis ea, quæ obligauerat tibi, iure [c] dominij poſſidere permiſiſſe, & in ſolutum dediſſe, precibus ſignifices: dominæ contractus & voluntas ad firmitatem tibi ſufficiet. S. 4. Kalen. Maij, Heracliæ, AA. Coſſ.

14. Iidem AA. & CC. Apiano.

DIſtractis [d] à debitore pignoribus, creditores poteſtatem habere † vtrùmne perſonali obligatos ſibi an pignora poſſidentes in rem actione conuenire velint, non eſt incerti iuris. S. Kal. Maij, Heracliæ, AA. Coſſ.

*Auth. ex Nouell. 112. c. 1.*

*HOc ita, ſi [e] debitor ei non ſatisfaciat ex precio rei venditæ: quod vt fiat, permittitur ei vendere.*

*Non poteſt debitor contrahendo, vel teſtando, hypothecæ creditoris derogare. Bald.*

15. Iidem AA. & CC. Baſilidæ.

DEbitorem neq; [f] vendentem, neq; donantem, neq; legantem, vel fideicommiſſum relinquentem, poſſe deteriorem [g] facere creditoris conditionem certiſſimum eſt. Vnde ſi tibi obligatam rem probare poſſe confidis pignora perſequi debes. S. 5. Non. Maij, Heracliæ, AA. Coſſ.

16. Iidem AA. & CC. Heroidi.

ETſi frater tuus non ſuam, ſed ad te pertinentem [h] pecuniam mutuam ſuo nomine dedit, ac pignus accepit: tamen tibi pignoris obligationem quærere non potuit. Subſcripta 3. Idus Maij, Hadrianopoli, AA. Coſſ.

17. Iidem AA. & CC. Pontiæ.

QVamuis ea pecunia, quam à te mutuo [i] frater tuus accepit, comparauerit prædium: tamen niſi [k] ſpecialiter vel generaliter hoc tibi obligauerit, tuæ pecuniæ numeratio in cauſam pignoris non deduxit. ſanè perſonali actione debitum apud præſidē petere non prohiberis. S. 12. Kal. Iun. AA. Coſſ.

18. Iidem AA. & CC. Euodio.

PIgnoris vel hypothecæ perſecutio in [l] rem eſt. S. Kal. Decemb. Sirmij, AA. Coſſ.

19. Iidem AA. & CC. Maximo.

SIcut vim [m] maiorem pignorum creditor præſtare non habet neceſſe: ita dolum [n] & culpā, ſed & cuſtodiam [o] exhibere cogitur. Dat. 17. Kal. Ian. AA. Coſſ.

20. Iidem AA. & CC. Alexandro.

CReditor ad petitionem ‖ debiti ‖ vrgeri iure minimè [p] poteſt. Quapropter eo, quod vos hæredibus Euodiam debere confiditis, oblato [q], &, ſi non velint accipere, conſignato atque depoſito: de reddendo pignore hos præſidali notione conuenite. PP. 17. Kalend. Febr. AA. Coſſ.

21. Iidem AA. & CC. Victo.

REs obligatas exterus [r] debito ſoluto liberando, datum petere, non earum dominium adipiſci poteſt. Datum 2. Kal. Nouemb. Retiariæ, CC. Conſſ.

22. Iidem AA. & CC. Antiochiano.

SEcundus [ſ] creditor offerendo priori debitum, confirmat ſibi pignus, & à debitore ſortem, eiuſque tantùm vſuras, quæ fuiſſent præſtandæ, non etiam vſurarum vſuras accipere poteſt. PP. 3. Id. Decembr. Nicomediæ, CC. Coſſ.

[a] Qui pignus accipit, nedū debitori, ſed & eius hæredi pignoris nomine obſtringitur: etiamſi expreſſim in inſtrumento hæredis nulla facta ſit mentio. nā tacitè id conuentū intelligitur, vt hæredi pign⁹ redderetur, ſoluto tamē debito §. *vlt. Inſtitu. quib. mod. re.*

[b] *v. l. 44. ff. de ſolutionib.*

[c] Creditor pignus iure dominij poſſidere poteſt.

[d] *vid. l. 12. ʒ. de diſtract. pign.*

† hodie non habet, *v. qua dicam l. 14. ʒ. eod.*

[e] Debito recepto creditor ius pignoris amittit.

[f] *v. l. 12. ʒ. de diſtract. pign.*

[g] Debitor nullo iure deteriorem creditoris conditionem facere poteſt.

[h] id eſt, alienā. Mutuans alienā pecuniam (non tamen minoris *l. 7. ff. qui potiores.*) in dubio ſibi, non pecuniæ domino, ius pignoris adquirit *l. 2. ʒ. ſi certum petat. l. 19. ʒ. de diſtract. pigno. adde l. 52. §. 18. ff. de furtis.* [i] Empta res ex pecunia credita, creditori non eſt obligata, niſi & id quoq; ſpecialiter vel generaliter ſit conuentum vt obligata eſſet. [k] *l. 7. ʒ. qui potiores. Nouell. 136. c. 3.* [l] *v. l. 7. ff. eo.* [m] *l. 5. 6. ʒ. de pignoratitia.* [n] *l. 23. ff. de regul. iur. l. 13. in fin. ff. de pignor.* [o] *§. vlt. Inſtitut. quibus mod. re.* An id perpetuo verum? Cuiacius 19. *obſerua.* 24 putat id tantum verum eſſe, ſi ſolius creditoris gratia pignus ſit contractum, non ſi vtriuſque gratia *arg. l. 5. §. 2. ff. commodati.* vt eo caſu nulla ſit differentia inter commodati actionem & pignoratitiam. [p] & merito. cùm inuito beneficium non detur, *v. l. vnic. ʒ. vt nemo inuitus.* [q] De oblatione, obſignatione, depoſitione, *v. l. 10. ʒ. de pignorat.* [r] *v. l. 1. ʒ. de his qui in prior. cred.* [ſ] *l. 8. ʒ. qui potiores. l. 12. §. 6. ff. qui potiores. l. 5. ff. de diſtract. pign.* ſeu nouiſſimus *Paul. 2. ſenten. 13. § penul.* poſterior *l. 11. in fi. ff. qui potior.* qui poſteriore loco pignus accepit *l. 1. l. 5. qui potior.*

23. Iidem AA. & CC. Macedoniano.

MAior annis vigintiquinque pignoris conuentionem remiſſam, cùm hoc ſolum [a] pactum, vel iuriſdictio [b] ſecundum ipſius voluntatem tueatur, perſequi non poteſt. S. 18. Kal. Ian. Nicomediæ, CC. Coſſ.

24. Iidem AA. & CC. Marco.

PErſecutione pignoris omiſſa, † debitores actiōe perſonali conuenire creditor vrgeri nō poteſt. S. 15. Kal. Ian. Nicomediæ, CC. Coſſ.

*Auth. ex Nouell. 4. c. 2.*

*HOc ſi † debitor poſſideat: alio verò poſſidente inhibetur hypothecaria, donec perſonaliter actum ſit cū reo & interceſſore. Et ſi nec ex hypothecis debitoris ſatisfiat, tunc demum interceſſoris hypotheca, ſi qua ſunt, petantur: quod ius & in hæredibus locum habet.*

25. Iidem AA. & CC. Dracontio.

SEruo, qui fuerat pignori obligatus, defuncto [c], debiti permanet integra petitio. Dat. 6. Kalen. Ianua. Nicomediæ, CC. Coſſ.

26. Iidem AA. & CC. Mauricio.

SI tibi notarium [d] pignoris titulo debitor tuus obligauit: eum a quo mancipiū abreptum [e] proponis, apud rectorem prouinciæ conueni. S. 4. Kalend. Ian. Sirmij, CC. Coſſ.

*Pro pecunia mutuata in emptionem militiæ, ſub hypotheca bonorum comprehenditur ipſa militia. Salyc.*

27. Imp. *Iuſtinian.* A. Mennæ præfecto prætorio.

SVper [f] hypothecis, quas argenti diſtractores vel metaxarij [g], vel alij quarumcumq; ſpecierū negotiatores pecunias ſibi credentibus dare ſolent, hoc ſpecialiter ſuper amputāda omni machinatione ſancimus, vt ſi poſt huiuſmodi cōtractum liberis ſuis, vel alio modo cognatis, quamcumq; militiam [h] ijdem negotiatores acquiſierint (eam tamē, quæ vendi [i] vel ad hæredes [k] ſub certa definitione tranſmitti poteſt) liceat † creditoribus eorum etiam non probantibus ex pecunijs eorundem negotiatorum liberos eorum vel cognatos militaſſe (dum tamen contrariū non probetur, alios ex ſuo patrimonio dediſſe pecunias) creditum ab his qui militarint, exigere: vel tantum eos efflagitare quanti vendi eadem militia poſſit. Quod ita obtinere ſancimus, & ſi extraneis [l] quibuſdam ijdem negotiatores de ſuis pecunijs huiuſmodi militiam acquiſiſſe probentur: vt quod generaliter in ipſis debitoribus militantibus talem militiam, quæ vendi vel ad hæredes tranſmitti poteſt, permiſſum eſt, vt liceat creditoribus & adhuc viuentium debitorum iure hypothecæ vindicare militias, niſi ſibi ſatisfiat: & poſt mortem eorū exigere quod pro hiſdem militijs pro tenore communis militantiū placiti, vel diuinæ ſanctionis tale præſtantis beneficium, dari ſolet: hoc in negotiatorum perſonis, licet ipſi militantes minimè debito obnoxij ſint, integrū creditoribus eorum ſeruetur. Quod ſcilicet in futuris militijs, non etiam in his quas liberi vel cognati eorundem negotiatorum vel extranei pecunijs eorum meruerunt, tenere ſancimus. Dat. Kalen. Iun. DN. Iuſtiniano A. PP. II. Coſ. 528.

*Auth. ex Nou. 53. c. 5. & Nou. 97. c. 4.*

*QVod obtinet [m], ſi [n] ad hoc [o] mutuauerit pecuniam, vt militia emeretur. alioquin filij aut vxor defuncti*

[a] nudo pacto pign⁹ remitti poteſt, *l. 2. in fin. ʒ. de remiſſ. pignor.*

[b] id eſt, Edictum Prætoris tuetur nudam pignoris remiſſionē, *l. 9. ff. qui potiores.*

† Liberū eſt creditori, omiſſa perſonali actione, pignus perſequi. Quid ſi tertius pign⁹ poſſidet? hodie nō eſt creditori liberū pignus perſequi inexcuſſo debitore principali, aut eius fideiuſſore *Nou. 4. ca. 2. Auth. proxi. ʒ.* & ita hæc conſtitutio reſtringitur, & lex 14. *ʒ. eod.*

† reſtringitur lex 14: lex 24: *ʒ. eod.*

[c] Interitu pignoris reus nō liberatur *l. 21. §. 2. ff. eo. l. 9. ʒ. de pign. Inſt. quib. mo. re. in fin.* & ita creditor debitum petit etiamſi pignus acceptū non reddat.

[d] ſeruum ſc.

[e] Creditor pro re pignori data furto ſubtracta, agit furti *l. 12. §. 2. ff. de furtis.*

[f] vid. Authenticam ʒ.

[g] 25. *Eclo. 2. c. 56.* ſerici diſtractores *dicam ad l. 10. ʒ. de murilegulis.*

[h] Militiam liberis vel cognatis emere licet *vt hic:* An & exteris? licet *verſ. quod ita. ʒ. eo.* [i] Non omnis militia emi poteſt *dixi ad Nou. 53. c. 5. § 1. adde l. 5. ʒ. qui militare. l. 52. § 2. ff. de act. empti. l. 3. § 7. ff. de muner.* [k] Non omnis militia ad hæredes tranſmitti poteſt. † Si argentarij militiā liberis aut cognatis *vt hic:* & extraneis *verſ. quod ita. ʒ. eo.* comparant, militia creditoribus argentarijs obligata intelligitur: quia præſumitur in dubio comparata ex pecunia credita *vt hic.* Quid ſi argentarij pecunia militiam liberis vel cognatis emero? militia argentario æqua viciſſitudine obligata *Nouel. 136. c. 2. & ibid. Iulian.* Creditorem cùm hic dicimus eum tātum creditorem intellige, qui ea lege ſpecialiter credidit vt militia emeretur *Auth. proxi. adde quæ ſcripſi ad Nou. 136. c. 2.* [l] Extraneis etiam, militiam emere poſſumus. [m] id eſt, ius hypothecæ adquiritur. [n] qui ſc. argentario ſuccedit, aut ipſe argentarius qui alteri credidit. [o] idque nominatim.

*omnibus præponentur* [a]. *Sed & ſi nullus prædictorum fuerit, tunc alijs creditoribus hoc damus.*

## IN QVIBVS CAVSIS PIGNVS VEL hypotheca tacitè [b] contrahitur,

### Tit. XV.

1. Imp. *Antoninus* A. Sperato.

VNIVERSA [c] bona eorum, qui cenſentur, vice pignorum tributis [d] obligata ſunt. PP. Kalend. Iun. Antonino A. IIII. & Balbino Coſſ. 214.

2. Idem A. Proculo.

CErtum eſt, eius, qui cum fiſco [e] contrahit, bona veluti pignoris titulo obligari, quamuis ſpecialiter id non exprimatur. Dat. 6. Kal. Mart. Meſſala & Sabino Coſſ. 215.

3. Pars ex reſcripto *Alexandri* A. ad Demoſthenem.

QVamuis fructus [f] pignori datorum prædiorum, etſi id apertè non ſit expreſſum, & ipſi pignori credantur tacita pactione ineſſe: prædia tamen [g], quæ emuntur [h] ex fructuum precio, ad eandem cauſam venire, nulli prudentium placuit. PP. Id. Octob. Maximo II. & Æliano Coſſ. 224.

*Pro debito primipili, bona dotalia ſunt tacitè obligata, tamen in vltimum ſubſidium deuenitur ad ea. Bald.*

4. Imppp. *Carus, Carinus, & Numerian.* AAA. Africano.

SAtis notum eſt, & ratione conſtitutum, bona earum in dotem [i] data, quæ nuptæ ſunt his, qui primipili [k] ſarcinam ſubeunt, obnoxia neceſſitati eius teneri, verùm certo ordine, vt ſcilicet tunc demum ad hoc periculum mulieris patrimonium reſpiciat, ſi vniuerſis viri ac nominatorum facultatibus exhauſtis, nihil reſiduum inueniatur. Dat. 5. Id. Aug. Caro & Carino AA. Coſſ. 283.

*Pro penſione ſunt tacitè obligata bona quæ non ſunt in fundo, ſed inuecta & illata vt ibi ſint. Bald.*

5. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Corinthiæ.

SI non [l] inducta & illata in fundum, quæ pignoris teneri cauſa placuerat, mancipia fuiſſent, nec hæc ſpecialiter obligata monſtrentur: rector prouinciæ ea reſtitui iubebit. Nec enim prætextu debiti penſionum, reſtitutionem eorum morari poteſt: cùm, ſi quid ſibi deberi domina fundi ex penſionibus, vel quacunque ratione probare poſſit, huius ſolutionem ſolenniter fieri conueniat. Subſcripta 12. Kal. Febr. CC. Coſſ.

6. Impp. *Theod. & Valent.* AA. ad Florentium præfectum prætorio.

SI mater legitimè liberorum tutela ſuſcepta, ad ſecundas contra ſacramentum præſtitum adſpirauerit nuptias, antequam [m] eis tutorem alium fecerit ordinari, eiſque quod debetur ex ratione tutelæ geſtæ, perſoluerit: mariti [n] quoq; eius præteritæ tutelæ geſtæ ratiocinijs bona iure pignoris tenebũtur obnoxia. Dat. 6. Id.* Theodo. A. 17. & Feſto Coſſ. 439.

7. Imp. *Iuſtinia.* A. Ioanni præfecto prætorio.

SAncimus de inuectis [o] à conductore [p] rebus & illatis, quæ domino pro penſionibus tacitè obligantur, non ſolum in vtraq; Roma & territorio earum hoc ius locum habere, ſed [q] etiam in noſtris prouincijs. Tali enim iuſta præſumptione etiam omnes noſtros prouinciales perpotiri deſideramus. Dat. 15. Kal. Nouembr. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo. 532.

## SI ALIENA [r] RES PIGNORI data ſit,

### Tit. XVI.

[a] obſerua gradus hypothecæ, Priore loco conſtituitur qui ſpecialiter credidit vt militia emeretur. deinde dotis cauſa: tertio reliqui creditores. [b] *dixi ad 20. ff. 2. l. 1. ſ. commun. de legat.* [c] tributaria ſc. *vt quæ dixi ad l. 1. in fi. ſ. ſi propt. public. penſit.* [d] Fiſcus tacitã habet hypothecam ex cauſa tributorum. [e] Fiſcus tacitã habet hypothecam ex cauſa ſuorũ cõtractuum, *et ita accipe l. 46. §. 3. ff. de iure fiſci. vt hic:* nõ ſi priuato alicui ſuccedit *l. 10. in pr. ff. de pactis. l. 2. ff. de rebus eor. qui ſub tutela.* [f] Fructus rei obligatę tacitè obligati intelligũtur *vt hic:* ſi extant: aliàs cõſũpti ab emptore nõ con dicũtur, *l. 16. §. 4. ff. de pignoribus.* [g] Ratio dubitandi. [h] Emptũ ex fructibus rei pignoratę nõ eſt in cauſa pignoris. [i] *dixi ad l. 2. ſ. ne vxor pro marito.* aliud eſt in reb⁹ nõ dotalib. *l. 1. ſ. de priuil. fiſci.* [k] Si marit⁹ ex adminiſtratione primipili, fiſci debitor fact⁹ eſt, res vxoris tacitè fiſco obligantur, marito idoneo nõ exiſtente. [l] Fructus coloni tacitè obligantur pro mercede: at non inuecta & illata, niſi id nominatim conuenerit, *l. 7. ff. eo. l. 32. ff. de pignorib. l. 5. ſ. de locato.* Contra in vrbanis, inuecta & illata tacitè obligata intelliguntur locatori *l. 4. ff. de pactis. adde l. 7. j. eo.* [m] *dixi ad l. 6. ſ. ad Tertul. adde l. 40. ſ. de legitim. hæred. Ex Nouell. Theodoſ. de tutoribus. §. vlt. 25. Eclog. c.* περὶ ἐπιτροπευούσης μητρὸς *tit. 2. c. 60.* [n] matre nubente nõ redditis rationibus, liberi in eius, eiuſque mariti, id eſt, vitrici ſui bonis tacitam habent hypothecam, *vt hic: dixi ad Nouel. 22. c. 40.* [o] *l. 5. ſ. eod.* [p] *l. 4. ff. de pactis. l. 4. ff. eo. l. 3. ſ. locati. adde l. 5. ſ. eodem.* [q] Lex de tacita hypotheca inuectorum & illatorum, locum etiã habet in prouincijs. [r] *adde l. 6. in fi. j. tit. proxim. l. 1. in f. ff. de pignorib. l. 2. ff. de pignorib. adde ſ. tit. de reb. alien. non alienand.*

*Procurator citra mandatum rem domini obligare non poteſt. Bald.*

1. Impp. *Seuerus & Anton.* AA. Carpo.

PROCVRATOR [a] citra domini voluntatem domum pignori fruſtra dedit, ſi tamen pecuniam creditoris in rem domini verſam [b] conſtabit, non inutilis erit exceptio [c], duntaxat quod numeratum eſt, exolui deſideranti. PP. 11. Kal. Nou. Seuero A. II. & Albino Coſſ. 195.

2. Iidem AA. Latinæ.

SI probaueris præſidi ‖prædia vel‖ hortos, de quibus agebatur, tuos eſſe: intelligis obligari eos creditori ab alio non potuiſſe, ſi [d] non ſciens hoc agi, in fraudem creditoris ignorantis diſſimulaſti. PP. Id. Octobr. Antonino A. II. & Geta II. Coſſ. 206.

3. Imp. *Antoninus* A. Martiæ.

CVrator [e] adulti vel tutor pupilli, propriam rem mobilem eius, cuius negotia tuetur, pignoris iure obligare non poteſt: niſi in [f] rem eius pecuniam mutuam accipiat. PP. 6. Kal. Febr. Duobus & Aſpris Coſſ. 213.

4. Imp. *Alexander* A. Secundo.

NEc ſi maior annis vigintiquinque fuiſſet filius [g] tuus, qui in poteſtate tua erat, te inuito rem tuã obligare potuit [h]. PP. 5. Kalend. Nouemb. Maximo II. & Æliano Coſſ. 224.

5. Imperatores *Diocletianus & Maximianus* AA. Eutychio.

CVm res, quæ needum in bonis debitoris eſt, pignori data ab eo, poſtea [i] in bonis eius eſſe incipiat: ordinariam quidem actionem ſuper pignore non competere, manifeſtum eſt: ſed tamen æquitatem [k] facere, vt facile vtilis [l] perſecutio exemplo pignoratitiæ detur. PP. 13. Kal. Iun. Maximo II. & Aquilino Conſſ. 286.

6. Iidem AA. & CC. Zoſimo.

QVæ [m] prædium in filios à ſe titulo donationis tranſlatum, creditori ſuo dat pignori: ſe magis cõtrario pignoratitio obligat iudicio, quàm quicquam dominis noceat: cùm Seruiana [n] etiam actio declaret euidenter, iure pignoris teneri non poſſe, niſi quæ obligantis in bonis fuerint: & per alium rem alienam inuito domino pignori obligari non poſſe certiſſimum eſt. S. 5. Id. Iul. Philippop. AA. Coſſ.

7. Iidem AA. & CC. Corneliæ.

SI in rem ſuam accepta pecunia mutua tutor [o], mancipium tuum pignori dedit, nec huic poſt [p] perfectam ætatem conſenſum accommodaſti: pignori res obligari non potuit. S. 6. Kal. Ianuar. AA. Conſſ.

*Seruus, procurator, colonus, conductor vel actor rem domini inuiti non obligant. Salyc.*

8. Imperatores *Honorius & Theodoſ.* AA. Ioanni P.P.

NExum [q] non facit prædiorum, niſi perſona, quæ iure potuit obligare. Per ſeruum [r] autem, aut per procuratorem [ſ], colonũmve, actorem, ſeu conductorem, ‖vllum‖ præiudicium poſſeſſioni inuito vel inſcio domino imponi non poſſe, & iure & legum auctoritatibus declaratur [t]. Datum Idib. Iul. Rauennæ, Honorio 13. & Theodoſio X. AA. Coſſ. 422.

## QVÆ [u] RES PIGNORI OBLIGARI poſſunt vel non, & qualiter [x] pignus contrahatur,

### Tit. XVII.

1. Imperatores *Seuerus & Antoninus* Auguſti Optato.

[a] *l. vlt. j. eod.* [b] In rem domini verſiõ pignus cõciliat alias inualidũ a procuratore cõſtitutum. [c] i. retentio, *l. 1. in fin. ff. de pignor. l. 1. ff. quibus mod. pig. l. vn. j. etiam ob chirograph. l. 26. §. 4. in fin. ff. de condic. indeb.* [d] Inuito domino res obligari non poteſt, *l. 6. inf. j. eo.* ſciente & diſſimulãte, poteſt *vt hic: l. 11. j. de diſtract. pigno. l. 30. ff. de rei vindic.* res tamen aliena ſub cõditione, ſi debitoris fuerit, poteſt obligari, *l. 16. §. 7. ff. de pignorib.* [e] Tutor, pupilli, Curator rẽ adulti ꝓprio nomine inutiliter obligant, *adde l. 56. §. 4. ff. de furtis. l. 7. j. eod. l. 7. §. 3. ff. pro emptore. l. 22. ſ. de pactis.* [f] *l. 16. ff. de pignor. adde tit. de præd. & alijs reb. minor. ſ.* [g] Filius rem patris inuiti obligare non poteſt *adde l. 1. §. 1. ff. quæ res pigno. l. 23. ſ. de pactis. l. 7. ſ. de rebus cred.* [h] licet quodãmodo dominus videatur §. 2. *verſi. ſed ſic. Inſt. de hæred. qualit.* [i] Adeptione dominij pignus rei alienæ conualeſcit *l. 16. §. 7. ff. de pignor. vt & emptio l. 72. ff. de rei vindic.* [k] quaſi diceret, aliud videri ſtricto iure. [l] vide quæ notaui *ad l. 22. ff. de pignorib.* [m] Quod mater filio donauit obligare non poteſt. [n] Seruianæ actionis effectus. [o] *vide l. 3. ſ. eod.* [p] Ratihabitione pignus inutile confirmatur. [q] *l. 2. C. Theodoſ. de pignorib. 25. Eclog. 4. c. 12.* [r] Seruus, procurator, colonus, actor, conductor, domini inuiti rem obligare non poſſunt. [ſ] *l. 1. ſupra eod.* [t] decantatur *d. l. 2.* [u] *dixi ad 20. ff. 3. coniunge titulum quæ res vendere non poſſunt.* [x] conſenſu *l. 2. j. eod. adde l. vlt. j. eod. l. 4. ff. de pignorib.*

ALVMNOS[a] tuos, & cæteras res, quas neminem credibile[b] eſt pignori ſpecialiter datum fuiſſe, generali[c] pacti conuentione, quæ de bonis tuis facta eſt, in cauſa pignoris non fuiſſe rationis eſt. PP. 7. Kalend. April. Laterano & Rufino Coſſ. 198.

2. Iidem AA. Rogato.

CVm conſtet, pignus conſenſu[d] contrahi: non dubitamus, eum, qui emptiones[e] agrorum ſuorum pignori poſuit, de ipſis agris obligandis cogitaſſe. PP. 5. Kal. Iul. Apro & Maximo Coſſ. 208.

3. Imp. *Antoninus* A. Reſtituto.

SI monumento[f] corpus filiæ tuæ intuliſti, religioſum[g] id feciſti: quo facto obligari à quopiam, prohibente iuris religione, non poſſe, in dubium non venit. PP. 3. Kalen. April. Læto II. & Cereale Coſſ. 216.

*Debitor ante denunciationem factam ſibi à creditore ſui creditoris, poteſt ſoluere ſuo creditori. Bart.*

4. Imp. *Alexander* A. Euocato.

NOmen[h] quoque debitoris pignorari & generaliter & ſpecialiter poſſe, iampridem placuit. Quare ſi debitor is ſatis non fecerit, cui tu crediditi: ille, cuius nomen tibi pignori datum eſt, niſi ‖ei‖ cui debuit, ſoluit, nondum[i] certior à te de obligatione tua factus, vtilibus actionibus ſatis tibi facere vſque ad id, quod tibi deberi à creditore eius probaueris, compelletur: quatenus[k] tamen ipſe debet. PP. pridie Kal. Martij, Fuſco II. & Dextro Coſſ. 226.

5. Idem A. Septimio.

SPem[l] eorum præmiorum[m], quæ pro coronis[n] athletis penſitanda ſunt, priuata pactione[o] pignorari minimè admittēdum eſt: & ideo nec ſi generale pactum de omnibus bonis pignori obligandis interuenerit, tenet. PP. Kal. Maij, Maximo II. & Paterno Coſſ. 234.

6. Impp. *Diocletia. & Maximian.* Auguſti & CC. Rufo.

QVi filios[p] veſtros vel[q] liberos homines pro pecunia, quam vobis credebat, pignoris titulo accepit, diſſimulatione ſe iuris circumuenit: cùm ſit manifeſtum, obligationem pignoris non cōſiſtere niſi[r] in his, quæ quis de bonis ſuis facit obnoxia. S. Kalen. Maijs, Heracliæ, AA. Coſſ.

*Pro executione ſententiæ non poſſunt capi boues aratorij, & alia quæ ſunt neceſſaria ad agriculturam. Bald.*

7. Imp. *Conſtantinus* A. ad vniuerſos prouinciales.

EXecutores[ſ] a quocunq; iudice dati ad exigenda debita ea, quæ ciuiliter[a] poſcuntur, ſeruos[b] aratores[c], aut boues aratorios[d], ‖aut inſtrumentum aratoriū[e]‖ pignoris cauſa de poſſeſſionibus non abſtrahant, ex[f] quo tributorum[g] illatio retardatur. Si quis igitur interceſſor, aut creditor, vel præfectus pagi[h] ‖vel vici,‖ vel decurio in hac re fuerit detectus: æſtimando à iudice ſupplicio ſubiugetur. Datum 3. Non. Iun. Sirmij, Conſtantino A. & Licinio Coſſ. 312.

8. Imperatores *Honorius & Theodoſ.* AA. Probo com. ſacr. largit.

PIgnorum gratia aliquid, quod ad culturam[i] agri pertinet, auferri non conuenit. Data 6. Id. Iun. Conſtante & Conſtantio Coſſ. 414.

*In Auth. collat. 10. de ſtatutis & conſuetudin. contra eccleſiæ libertatem editis. §. agricultores. & eſt conſtitutio Friderichi.*

A*Gricultores circa rem ruſticam occupati, dum villis inſident, dum agros colūt, ſecuri ſint in quacunq; parte terrarum: ita vt nullus inueniatur tam audax, vt perſonas[k], boues, & agrorum inſtrumenta[l], aut ſi quid aliud ſit quod ad agrorum operam ruſticam pertineat, inuadere, aut capere, aut violenter auferre præſumat. Si quis autem huiuſmodi ſtatutū auſu temerario violare præſumpſerit, in quadruplum ablata reſtituat: & infamiæ notam ipſo iure incurrat: imperiali animaduerſione nihilominus puniendus.*

*Quibuſcunq; verbis conſtet de voluntate, hypotheca contrahitur: & in hypotheca generali veniunt præſentia & futura. Bald.*

9. Imperator *Iuſtinianus* Auguſt. Mennæ præfecto prætorio.

SI quis in cuiuſcunque contractus inſtrumento ea verba[m] poſuerit, *Fide & periculo rerum ad me pertinentium*[n], vel, *per earum exactionem ſatisfieri tibi promitto:* ſufficere ea verba ad rerum tam earum, quas in præſenti debitor habet, quàm futurarū hypothecam ſancimus: nec ex prioribus ſanctionib. minus habere ſpecialis hypothecę memoriam videri: cùm ſit iuſtum volunta-

[a] *l. 8. ff. de pignorib. Paulus 5. ſent. 6. §. vlt.* Alumni, θρέπτοι, 25. *Ecloga 2. c. 6.* Id meritò de alumnis conſtitutum, Nè in generalē obligationē accederent. ſunt enim penè liberorū loco, & à nutritore vel nutrice non ſeparantur *lege 3. §. 4. ff. de libero homine.* & ex nomine educatoris ſunt *lege* 88. *§. 6 ff. de lega. 2.* à minore viginti annis manumitti poſſunt *§. 6. Inſtit. quibus ex cauſis manumitti. l. 13. lege 14. ff. de manumiſſ. vindic.* Et dubitatur, an in eis ſit locus SC. Silaniano *lege* 1. *§. 10. ff. de Sc. Silan.* & an ad eorum ſucceſſionem educator veniat? reſpōſum eſt tamen non venire, *leg.* 10. *ſupra de ſucceſsionib.* an ſit cum alumna connubium? reſponſum eſt, eſſe *lege 26. ſupra de nuptijs.* Eiſdem ex teſtamento imperfecto hæreditas conſeruatur *lege 38. ff. de ſideicommiſſ. libert.* dati tutores confirmantur, *l. 32. ff. de excuſat. tutor. vide Cuiacium apud Paul. dicto loco.* [b] Non credibile non attenditur. [c] Generali obligatione, alumni, & ea quæ nemo veriſimiliter obligat, non continentur *lege 6. leg. 7. l. 8. ff. de pignoribus.* [d] Pignus conſenſu contrahitur *vt hic: & lege 2. in fine. C. de remiſſ. pignor.* Imo re *§. vltimo, Inſtitut. quibus modis re.* Iſta non ſunt contraria 25. *Ecloga 1. cap. 1.* [e] id eſt, inſtrumenta emptionis. Qui inſtrumenta emptionis obligat, rem emptam ſeu rem inſtrumenti obligare videtur. [f] Monumentum obligari non poteſt. [g] Res religioſæ non poſſunt obligari. [h] Nomen generaliter & ſpecialiter obligari poteſt, *lege 3. leg. 7. ſupra de hæredit. vel act. vendita. lege 18. ff. de pignorat. act.* [i] Pignus pignori dari poteſt, *lege 13. §. ſecundo, ff. de pignoribus.* Qui pignus meum à meo creditore accipit, pignoris adquiſitionem mihi denunciare ſtatim debet: alioquin ignoranter creditori meo ſoluens, pignus euincam. [k] Titio dedi pignus in decem: Titius Mæuio dat idem pignus in viginti: non teneor niſi in decem. Quatenus, id eſt, quandiu vtraque pecunia debetur pignus Mæuio ſecundo creditori tenetur, *lege 13. §. ſecundo, ff. de pignoribus.* & tamen pignus, quatenus tantum debeo, tenetur *vt hic.* [l] Spes præmiorum in ſacris certaminibus pignorari non poteſt pactione priuata *vt hic:* aut ipſamet pecunia ſacra *lege 40. ff. de re iud.* adde & ſtipendium armatorum militum *lege quart. ſupra de execut. rei iudicatæ.* Porrò præmia, de quibus ſuprà, conſiſtebant in annonis, obſonijs, penſitationibus, quæ athletis pro indepta victoria totius vitæ ſuæ tēpore præſtabantur de publico, exinde, quo in ſuam ciuitatē inuecti fuiſſent non per portam ciuitatis, ſed diſiecta parte muri, vt Suetonius ſcribit *in Nerone,* & Plinius *in epiſtol.* [m] *dixi ad Nouell. 53. cap. 5. §. 1. adde dict. l. 40.* [n] Athletæ pro præmio coronantur, *l. vnic. C. de athletis. lege 6. §. 13. ff. de excuſat. tut.* [o] nam iudicis auctoritate poſſunt *dicta lege quadrageſima.* [p] *lege vltima, ff. eodem.* [q] Filij & liberi homines obligari non poſſunt, quia in bonis debitoris non ſunt. [r] *lege 2. ſupr. titu. proximo.* [ſ] interceſſores *lege 1. Codice Theodoſia. de pignoribus. lege 8. ſupr. de offi. rectoris prouinciæ.*

[a] aliud in debito fiſcali. idque in Gallia ita obſeruatur *v. Renatum Choppinum 1. de priuilegijs ruſticorū 7. numero 1.* aliud etiam, ſi per quadrimeſtre tempus à die ſententiæ moram fecerit in ſoluendis decimis, & ita Areſto Pariſienſi iudicatū 8. Kal. Decemb. anno 1573. refert idē Choppinus *ibidem num. 2. 3.* [b] Serui, boues aratorij, inſtrumentū aratorium, puta vomeres & aratra, à creditorib. executorib9 ſentētiarum, aut exactoribus tributorum capi nō poſſunt, idque propter vtilitatem agriculturæ *l. 8. C. eodem. Authent. Agricultores. C. eodem.* & fiſci tributa *vt hic,* Vix eſt vt hodie hæc conſtitutio obſeruetur. In Normania Galliæ locum non habet, quoties de fiſci debito agitur, *vide Franciſci I. conſtit. anno 1540. Ianuar.* 8. Et ita iudicatum fuiſſe Pariſienſi Areſto Bugnonius refert *in legib. abrogatis.* Nouiſſimè anno 1571. lege lata 8. Id. Octo. confirmata à ſenatu Pridie Non. Febr. anno 1572. Perſonis ruſticorum indultum, ne ob æs alienum qualecunque priuatum abducerentur in carcerem. Qua in re Galli legiſlatores Græcos ſuperant, qui aratra quidem vetabant ob fœnus addici creditori: corpora his vtentia, necti permittebant 2. *Diodor. 3. His adde Ripenſem ad l. 6. & 9. ff. de pignorib. numero 57. & in tractatu de peſte 3. parte 6. remedio verſ. item boues.* [c] aratorios *d. l. 1.* [d] quidam hoc extendunt ad inſtrumenta quorumuis artificum neceſſaria. Ad ruſticos reuertor. Quid ſi ruſtico nulla alia ſint bona? capi poſſunt. *Accurſ. hic.* Quid ſi ruſticus fundum habeat? vna cum fundo poſſunt diſtrahi. *Cinus, Perticenſis, Roſatenſis, Choppinus 1. de priuileg. ruſtic. 7. numero vlt.* [e] Ob ciuilia debita boues aratorij capi non poſſunt. Eadem ratione lege Attica mactari boues aratorios nō licuit, tanquam & ipſius agricolæ & hominis ſocios, atq; participes laboris, *Aelian. 5.* Ariſtoteles *in Oeconom.* βοῦς ἀντὶ οἰκέτου τοῖς πένησιν ἐστίν, & Plinius 8. *cap.* 45. iudicio populi Romani in exilium actum eum qui bouem aratorium occidiſſet, tanquam colono ſuo interempto. & Varro 2. *de re ruſtica* 5. ſocium laboris agriculturæ, & quaſi colonum occidi, dum bos occiditur. Capitale denique fuiſſe bouem occidi refert. quo loco fortè legem quandam Phrygiæ intelligit, *vide Stobæum ſermone quadrageſimoſecund.* Conſtantinus quoque vetuit ne boues aratorij etiam deficientibus his qui curſui publico deſtinati ſunt, ab his qui iter faciunt abſtraherentur, *lege 1. Cod. Theodoſia. de curſu publico.* Eò etiam ſpectat conſtitutio quædam Valentis, qua cauerat, ne quis vitulorum carnibus veſceretur. *Hieronym. 2. aduerſus Iouianum.* adde de boue aratore Heſiodum in lib. opera & dies. Ariſtotelem 1. *Politic. adde Cuiacium 4. obſeru. 20.* [f] Ratio decidendi alia eſt in lege 8. *C. eodem.* [g] Fiſci debita, tributaque minuuntur, ſi ablatis aratoribus agricultura ceſſet. [h] pacis *dicta l.* [i] *dixi ad legem 7. ſupra eodem.* [k] ſeruos aratorios *dicta lege ſeptima.* [l] *lege octaua ff. de inſtructo.* [m] Quibuſcunque verbis pignus conſtitui poteſt, *lege ſecunda, ſupra eodem. lege quarta, ff. de pignoribus.* [n] Obligatio rerum ad nos pertinentium, res etiam futuras comprehendit. Idem ſi quis res ſuas obligauerit. Idem in obligatione tacita. *Ripenſis ad legem primam, numero 3. ff. de pignoribus.*

tes[a] contrahentium magis quàm verborum conceptionem inſpicere. Super qua generali hypotheca illud quoque ad cōſeruandam contrahentium voluntatem ſancimus, vt ſi res ſuas[b] ſupponere debitor dixerit, nō adiecto, *Tam præſentes quàm futuras:* ius tamen generalis hypothecæ etiā ad futuras[c] res producatur. Dat. 3. Id. Decemb. Conſtantinop. DN. Iuſtiniano A. PP. II. Coſ.

[a] Voluntatē cōtrahentiū magis quam verba inſpici oportet *l. 2. in fi. ſ. comm. de legatis. l. 34. ff. de regul. iur.*

[b] Obligatione rerum indefinita, res futuræ etiam intelligūtur obligatæ: & quidē omnes ſiue ſint mobiles & immobiles, iura, actiones, *l. 4. ſ. eo.* merces, *l. 34. ff. de pignorib. Ripenſis d. loco. num.* 8. bona emphyteutica adquiſita & adquirēda *l. 16. in f. ff. de pignorat. l. 31. ff. de pignori. Ripenſis d. loco num. 10. & ſequentib.* An peculium ſerui obligati? *V. l. 1. § 1. ff. de pignorib.* An fructus? *V. l. 1. § 2. ff. de pignoribus.* Caſus ad hāc legem explicādam, vide in *l. 1. ſ. eod. & l. 6. l. 7. l. 8. ff. de pignoribus.*

[c] hinc colligunt, Futura etiam obligari poſſe: cenſeri tamen factam obligationem ſub ea conditione, Si noſtra futura ſunt.

## QVI POTIORES[d] IN PIGNORE habeantur,

### Tit. XVIII.

1. Impp. *Seuerus & Antonin.* AA. Secundo.

QVi pignus ſecundo[e] loco accepit, ita ius ſuū confirmare poteſt, ſi priori creditori debitam pecuniam ſoluerit, aut cùm obtuliſſet[f], iſque accipere noluiſſet, eam obſignauit, & depoſuit, nec in vſus ſuos conuertit. PP. Kalend. Febr. Laterano & Rufino Coſſ. 198.

*Si plures creditores ad pignus prætorium concurrentes ſunt diuerſorum titulorum: qui prior eſt tempore, potior eſt iure. Salycet.*

2. Imp. *Antoninus* A. Chreſto & alijs.

SI decreto prætoris, qui[g] de fideicommiſſo ius dixit, in poſſeſſionem fundi hæreditarij fideicommiſſi[h] conditionalis ſeruādi gratia prius inducti eſtis quàm aduerſarius veſter in cauſam iudicati[i] eiuſdem fundi pignus occupauerit: iuſſu eius, qui iure ſententiam exequebatur, tempore potiores eſtis. Nam cùm de pignore vtraq; pars contendit, præualet[k] iure, qui præuenit tempore. PP. 5. Idus Maij, Duobus & Aſpris Coſſ. 213.

*Creditor qui iudiciale pignus ob ſententiam eſt conſecutus, præfertur priori ſolum perſonalem actionem habenti. Salycet.*

3. Idem A. Syluano.

CVm rempublicam Heliopolitanorum propter emolumentum ſententiæ in rerum tā hæredis quàm hæreditariarum poſſeſſionem miſſam[l] eſſe proponas: intelligis, quamuis pater tuus cum Soſiano contraxerit, tamen ſi[m] perſonali actione eum habuit obligatum, præponi rempublicam[n] iure pignoris ‖in‖ his, quæ ex auctoritate eius, qui iubere potuit, ſeruandi iudicati[o] cauſa occupauit. PP. 2. Id. Decemb. Læto II. & Cereale Coſſ. 216.

4. Idem A. Varo.

SI fundum pignori accepiſti, antequam[p] reipublicæ obligaretur: ſicut prior[q] es tēpore, ita potior es iure. PP. 5. Id. Octo. Antonino A. IIII. & Balbino Coſſ. 214.

5. Imp. *Alexander* A. Septimio.

PRior quidem creditor compelli non poteſt[r] tibi, qui poſteriore loco pignus accepiſti, debitum offerre[ſ]. ſed ſi tu illi ‖id‖ omne, quod debetur, ſolueris: ‖pignoris‖ tui cauſa firmabitur. PP. 3. Kalen. Maij, Maximo II. & Paterno Coſſ. 234.

6. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. Philoxeno.

SI generaliter bona ſint obligata, & poſtea res alij ſpecialiter pignori dentur: quoniam ex[a] generali obligatione potior habetur creditor, qui antea cōtraxit: non oportet ſi[b] ab illo priore ‖ tempore ‖ tu comparaſti: non oportet ‖te‖ ab eo, qui poſtea credidit, inquietari. PP. 2. Id. Maij, Seculare II. & Donato Coſſ. 261.

7. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Iuliano.

LIcet iiſdem pignoribus multis creditoribus diuerſis temporibus datis priores habeantur potiores: tamē eum, cuius[c] pecunia prædium comparatum probatur, quod ei pignori eſſe ſpecialiter[d] ‖obligatum‖ ſtatim conuenit, omnib. anteferri iuris auctoritate declaratur. Subſcripta 16. Kalen. Feb. AA. Conſſ.

*Authen. ex Nouell. 18. c. 10.*

*ITem poſſeſſor pignoris negans[e] rem eius, cuius actor eam eſſe adſeuerat: ſi probata ea intentione nitatur rem retinere, dicens ex hypotheca vel alia cauſa in eandem perſonam delata, ſe propinquiorem eſſe, quàm qui mouet cauſam: prius transferat poſſeſſionem, quàm ius ſuum proponat.*

8. Iidem AA. & CC. Fabricio.

DIuerſis temporibus eadem re duobus iure pignoris obligata, eum, qui prior data mutua pecunia pignus accepit, potiorē haberi, certi ac manifeſti iuris eſt: nec alias ſecundum ‖creditorem‖ diſtrahendi[f] poteſtatem huius pignoris conſequi, niſi[g] priori creditori debita fuerit ſoluta quantitas. S. prid. Kalen. Maij, Heracliæ AA. Coſſ.

9. Iidem AA. & CC. Aſclepiodoto.

EOs[h], qui accepērūt pignora, cum in[i] rem actionem habeant, priuilegijs omnibus, quæ perſonalibus actionibus competunt, præferri conſtat. Dat. 3. Non. Decemb. CC. Coſſ.

10. Iidem AA. & CC. Pollipeucæ.

CVm tibi pro dote[k], quam acceperat maritus, res obligauit: eo mortuo, hi, quibus eaſdem pignori dederat, non offerentes debitum, nulla poſſunt perſequi ratione. Nam chirographarios creditores nec in rem nec in perſonam eos, qui debitori non probantur ſucceſſiſſe[l] vlla ratione conuenire poſſe, manifeſtum eſt. PP. Non. Decemb. CC. Coſſ.

*Scriptura priuata cum cauſa, cum de ipſa conſtat, vim probationis obtinet. Bald.*

11. Imp. *Leo* A. Erythrio præfecto prætorio.

SCripturas quæ ſæpe aſſolent à quibuſdā ſecretè[m] fieri, interuenientibus amicis nec ne, tranſigendi vel paciſcendi, ſeu fœnerandi, vel ſocietatis coeundæ gratia, ſeu de alijs quibuſcunque cauſis vel cōtractibus conficiuntur, quæ ἰδιόχειρα[n] Græcè appellātur, ſiue tota ſeries earum manu contrahentium, vel notarij, vel alterius cuiuſlibet ſcripta fuerit, ipſorum tamen habeant ſubſcriptiones[o]: ſiue teſtibus adhibitis ſiue non: licet conditionales[p] ſint, quos vulgò tabularios appellāt, ſiue nō: quaſi publicè conſcriptas, ſi perſonalis actio exerceatur, ſuum robur habere ‖decernimus.‖ Sin autē ius pignoris vel hypothecæ ex huiuſmodi inſtrumentis vindicare quis ſibi contenderit: eum qui inſtrumentis publicè[q] confectis nititur, præponi ‖ decernimus, ‖ etiam ſi poſterior

[a] Generalis hypotheca anterioris generali vel ſpeciali poſterioris præfertur. *dixi ad Nou. 112. c. 1. verſ. ſi autem. l. 2. ff. eo. adde quædam ex Cuia. 11. obſ. 32.*

[b] Qui cauſā habet à creditore tempore priore, ius priuilegij habet, *V. l. 1. ſ. ſi antiquior credi. pign. vend.*

[c] Creditor in ſpeciali hypotheca rei (ſiue ſit mobilis ſiue immobilis) pecunia ſua cōparatę, præfertur etiā antiquioribus creditoribus hypothecarijs, *adde l. 5. 6. 7. ff. e. Nou. 136. c. 3.*

[d] *l. 17. ſ. de pignorib.* Generalis igitur hypotheca nō ſufficeret, *adde quæ ſcripſi ad l. 5. inf. ff. eod.*

[e] Prior creditor negās improbè rem eius eſſe à quo cauſā habet ex priore ſit poſterior: ex poſſeſſore petitor.

[f] Secūdus creditor in præiudiciū prioris creditoris pignus diſtrahere non poteſt, *adde l. 1. ff. de diſtract. pignor.*

[d] *dixi ad 20. ff. 4.* [e] Prior tempore, prior eſt pignore: niſi poſterior priori debitum offerat, *l. ſecunda l. tertia: l. 4. l. 8. ſ. eodem. l. 11. ff. eod. l. 3. ſ. vt in poſſeſſ. legat. lege. 2. ſ. de priuileg. fiſci. Paulus 2. ſentent. 13. § 8.* [f] Vis oblationis, obſignationis & depoſitionis, *Paul. dicto loco. adde l. vlt. § 6. ſ. de iure deliber.* [g] De Prætore fideicommiſſario *dixi ad Vlp. 25. § 12.* [h] Miſſio fit in vniuerſa bona pro modo iudicati, id eſt, iudicati ſeruandi cauſa *vt hic: & l. 3. in fine ſ. eodem.* vt & alibi debiti ſiue crediti, *l. 1. § 1. ff. ſi quis cauſa omiſſa.* & alibi dotis ſeruandæ cauſa *l. 9. verſic. denique. ff. de rei vindicat. l. 15. § 4. ff. de diuerſ. & tempor. l. 26. in fin. ff. ad municip.* [i] Chreſtus pignus prætorium fideicommiſſi ſeruandi cauſa habet. Titius creditor in eiuſdem pignoris poſſeſſionem miſſus eſt. diuerſi hic tituli ſunt pignoris. Quid iuris? Etiam in pignoribus prætorijs, qui prior tempore prior eſt iure. [k] Præualet iure, qui præualet tempore. [l] Miſſio in poſſeſſionem eſt prætorium pignus. [m] Reſpublica miſſa in poſſeſſionem iudicati ſeruandi cauſa, præfertur chirographario creditori pignus non habenti *vt hic:* quia & non miſſa idem priuilegium habet, *lege penultima, ff. de rebus auth. vide Cuiacium 9. obſeruat.* 37. eſt enim reſpublica cum actione perſonali priuilegiata, *adde l. 8. l. 10. ff. eodem. adde Fornerium 2. ſelect. 7. in fin.* [n] *l. 3. ſ. de primipilo.* [o] *dixi ad l. 2. ſupra eodem.* [p] Priuatus prior tempore in cauſa pignoris, præfertur reipublicæ tempore poſteriori. [q] *lege ſecunda in fin. ſupra eodem.* [r] poteſt tamen offerre vt poſſeſſionem retineat, *Paulus 2. ſentent. 13. § penultimo.* [ſ] Prior poſteriori pignus tenenti debitum offerre non cogitur. Poſterior priori offerens, ſibi pignus conſeruat, *vt hic: & l. 1. ſupra eodem.*

[g] *l. 1. l. 5. ſ. eod. l. 22. ſupr. pignor.* [h] Ius hypothecæ præfertur omnib. priuilegijs perſonalibus, vt & ius reale perſonali, *l. 11. ff. eod. vide l. 6. ſupr. de bon. auth. iud.* [i] *l. 18. ſupr. pignorib.* [k] Creditores poſteriores etiam bona vxori pro dote obligata auocant, ſi dotis debitum ei offerant. [l] Hypothecaria & in rem actio datur in ſucceſſorem. [m] puta epiſtolas *l. 34. § 1. ff. de pignorib.* [n] ἰδιόχειρα præiudicant ſcribenti, at non tertio. plena ſunt ἰδιόχειρα, quæ trium teſtium ſubſcriptionem habent, *V. Ancharanum 2. quæſt. 9.* [o] *l. 17. ſupr. de fide inſtrument.* [p] Conditionales, tabularij, *l. 7. ſ. de iure fiſci. l. 3. 5. 7. 8. Codice Theodoſ. de numerarijs actuar.* quaſi huic conditioni addicti. [q] Publico inſtrumento ius hypothecæ probari poteſt, priuato non poteſt. Priuatum, licet tempore prius, publico quantumuis poſteriori, cedit: & merito. Nam priuati ratio nō probat aduerſus tertium, *l. 5. 6. ſupr. de probationib.* facile quoq; dies præferri poſſet in fraudem antiquioris. *V. Tiraquell. de retractatu § 1. glo. 5. nu. 43.* Ideoque Gayllus 2. *obſ. 25. nu. 9.* cōmendat ſtatutum Viennæ Auſtriæ, quo ius hypothecæ conſtituitur tantum apud acta in iudicio publico. Priuatū verò inſtrumentum non cenſetur, quod trium teſtium ſubſcriptione munitum eſt *vt hic & d. l. 20.* etiamſi ſumma excedat auri libras quinquaginta, *l. vlt. ſup. ſi certum.* niſi fortè de literarum imperito obligādi agatur: tunc enim quinq; teſtes requiruntur, ſi contractus auri libram excedit, *Nou. 73. c. 8.* Reperio interdum inſtrumenta publica egere trium teſtium ſubſignatione, *l. 23. ſupr. ad Velleian. V. Cuia. 8. obſ. 13.*

is con-

is contineatur: niſi forte probatæ atq; integræ opinionis trium [a] vel amplius virorum ſubſcriptiones eiſdem idiochitis contineantur. tunc enim quaſi [b] publicè confecta accipiuntur, Datum Kalend. Iul Conſtantin. Martiano & Zenone Coſſ. 469.

*Authent. ex Nouell.73. cap.1. & 2. quam poſuit hic Albertus.*

*SI quis vult cautè deponere [c], non ſoli credat accipientis ſcripturæ, ſed aduocet etiam teſtes idoneos & fide dignos non pauciores tribus. Sed & ſi quis aut mutui [d] inſtrumentum, aut alterius cuiuſpiam contractus fecerit, & noluerit hoc ſpecialiter in publico confiteri: non ex ipſo videatur credibile, quòd ſcribatur ſuper mutuo documentum, niſi etiam trium teſtium adhibeatur præſentia fide dignorum, vt ſiue veniant, & ſubſcriptionibus proprijs atteſtentur, ſiue alij quidem teſtificentur, quia eis præſentibus confectum eſt documentum: fidem eandem ex vtraque cauſa percipiat. Si tamen quiſquam aut deponens, aut mutuans, aut aliàs contrahens, contentus ſit ſola ſcriptura eius cum quo contrahit: ſciat ſcripturam non [e] ſufficere ad probationem.*

*Mulier priuilegiatur tam in perſonali quàm in hypothecaria actione, vt præferatur omnibus creditoribus prioribus tacitam hypothecam habentibus. Salyc.*

12. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

ASſiduis [f] aditionibus mulierum inquietati ſumus, per quas ſuas dotes deperditas eſſe lugebant, & ab anterioribus creditoribus ſubſtantias maritorum detentas. Nos itaque ad antiquas leges reſpeximus, in perſonalibus actionibus rei vxoriæ actioni (quam in præſenti ſuſtulimus [g]) magnam prærogatiuam præſtantes, vt contra [h] omnes penè perſonales actiones habeant priuilegia, & creditores alios [i] antecedant, licet fuerint anteriores. Et hoc cùm in perſonalibus ſtatuerant actionibus, ſi hypothecam reſpiciebant illico iuſtitiæ vigorem relaxabant: & ſenioribus hypothecis nouas mulierum hypothecas, ſi habebant actiones, expellebant: nec ad fragilitatem [k] muliebrem reſpicientes, nec quòd & corpore [l], & ſubſtantia, & omni vita ſua maritus fungitur: cùm penè [m] mulieribus tota ſubſtantia in dote conſtituta eſt. Oportebat enim diſponi maritos creditoribus ſuis ex ſua ſubſtantia ſatisfacere, non de dote mulieris, quam ad ſuos victus, ſuaſque alimonias mulier poſſidet, vel [n] à ſemetipſa datam, vel pro ea ab alio. 1 ¶ Ad haec omnia reſpicientes, & reminiſcentes quòd & alias duas [o] conſtitutiones fecimus pro dotibus, mulieribus ſubuenientes, & hæc omnia in vnum colligentes, ſancimus ex [p] ſtipulatu actionem, quam mulieribus iam pro dote [q] inſtituenda [r] dedimus [ſ], cuique etiam tacitam donauimus ineſſe hypothecam, potiora iura contra omnes [t] habere mariti creditores, licet anterioris ſint temporis priuilegio vallati. Cùm [u] enim in perſonalibus actionibus (ſecundum quòd diximus) tali priuilegio vtebatur res vxoria: quapropter non in hypotheca hoc mulieri etiam nunc indulgemus beneficium, licet res dotales, vel ex his aliæ comparatæ non extent: ſed quocunque modo vel diſſipatę vel conſumptę ſint: ſi tamen reipſa fuerint parti mariti datæ? Quis enim earum non miſereatur [x] propter obſequia quę maritis prębeſtant, propter partus [y] periculum, & ipſam liberorum [z] pro-

[a] *l.22.* C. *de fide inſtrumentorum.*
[b] Scriptura à tribus teſtib. ſubſcripta, quaſi publicè confecta accipitur.
[c] Inſtrumentum depoſiti cautè fit, tribus teſtibus adhibitis.
[d] Mutui inſtrumentum cautè fit, tribus teſtibus adhibitis, *vt hic: & l. vlt.* C. *ſi cert. pet.*
[e] Priuata ſcriptura non probat aduerſus tertiũ *l.5.6. ſuprà de probat.*
[f] ſenſum huius legis v. *in* §.1. *verſ. cum enim inſr. eo.*
[g] Rei vxoriæ actio ſublata *vt hic: ſup. de rei vxor. act.*
[h] *dixi ad Nouel. 97. c.2. in pr. & Nouel. 109. c.1.*
[i] tacitam tantum hypothecam habentes ſcil. *dixi d. cap.1.*
[k] Fragilitas muliebris.
[l] Vxores, earumque ſubſtantia additur mariti, *l.21. inf.* C. *de adminiſt. tut.*
[m] hoc addidit propter bona paraphernalia.
[n] Dos datur pro marito vel ab

creationem, pro quibus multa noſtris legibus [a] inuenta ſunt priuilegia? Et ideo quòd antiquitas quidem dare incepit, ad effectum autem non pertulit, nos pleno legis articulo conſummauimus: & ſiue [b] liberos habeat mulier, ſiue ab initio non habuit, ſiue progenitos amiſit, hoc ei priuilegium indulgemus. Exceptis videlicet contra nouercas anterioris [c] matrimonij filijs, quibus pro dote matris ſuæ iam quidem dedimus hypothecã [d] contra paternas res, vel eius creditores: in præſenti autem ſimilem prærogatiuam ſeruamus, ne ius quod poſteriori datum eſt vxori, hoc anteriori denegetur: ſed ſic maneat eis ius incorruptum, quaſi adhuc viuente matre eorum. Duabus enim dotibus ab eadem ſubſtantia debitis, ex tempore prærogatiuam manere volumus. 2 ¶ Hęc autem tantùm ad dotem ſancimus, non [e] ad ante nuptias donationem, quam ſuo tempori ſeruire diſponimus, & habere inter creditores ſui temporis ordinem. Non enim pro [f] lucro fouemus mulieres, ſed ne damnũ patiantur, ſuiſque rebus defraudentur, curamus. 2 ¶ Quam legem ex præſenti tempore locum habere ſancimus: & non [g] retrorſum referimus. Datum V. Kalend. Decemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis V V. C C. 531.

*Auth. ex Nou. 97. c.3.*

*QVo iure vtatur et aduerſus eos qui perſonali priuilegio muniuntur, veluti quorum pecunia res emptæ ſunt, ſiue refectæ: niſi qui noua conſtitutione ſunt excepti, ſicut qui emendæ militiæ cauſa marito inſcriptis mutuarunt.*

*Auth. ex Nouell. 91. cap.1.*

*SI quid ex rebus ipſius dotis [h] appareat mulieri, cui & in rem actio competit, vel filijs eius ſeruetur: alioqui ſiue ſuperſint ambæ mulieres, ſiue defecerint, ſiue altera duntaxat extet, prior omnino ſeu qualibet ſoboles eius ſuperior habeatur: quod noua conſtitutione factum eſt apertius.*

## DE HIS QVI IN [i] PRIORUM CREDITORUM LOCUM SUCCEDUNT,

### Tit. XIX.

*Secundus creditor cuius pecunia peruenit ad priorem non ſuccedit in hypotheca prioris creditoris, niſi actum ſit quod ſuccedat in ipſa. Bald.*

1. Impp. *Seuerus & Antoninus*, AA. Marcellinæ.

NON omnimodo ſuccedunt in locum hypothecarij creditoris hi, quorum pecunia ad creditorem tranſit [k]. Hoc enim tunc [l] obſeruatur, cùm is qui pecuniam poſtea dat, ſub hoc pacto credat, vt idem pignus ei obligetur, & in locum eius ſuccedat. Quod cùm in perſona tua factum non ſit: (iudicatum eſt [m] enim te pignora non accepiſſe) fruſtra putas tibi auxilio opus eſſe conſtitutionis noſtræ [n] ad eam rem pertinentis. PP. Idib. Iul. Pompeiano & Auito Coſſ. 210.

2. Imp. *Antoninus* A. Felici.

CVm pro patre in cuius poteſtate non eras, pecuniam fiſco intuleris: & iure [o] priuilegio eius ſucceſſiſti, & eius locum cui pecuniam numeraſti, conſecutus es, nec hi creditores patris tui, qui perſonalem habuerunt actionem, vel cum eo poſtea ſub pignoribus contraxerunt, pignora tua te ignorante [p] diſtrahendo,

[a] v. *l.1. ff. ſolu.*
[b] merito hoc adiectũ. hoc enim priuilegiũ datur vxoribus nõ matribus.
[c] Si duæ ſunt mulieres quę de dote ſua agant, antiquior cauſa dotis præfertur. dic aperti[9], Filij prioris matrimonij dotis maternæ cauſa præferuntur nouercæ eiúsve liberis dotem ſuam repetẽtibus: niſi res ſecundæ dotis adhuc extent, *Auth. ſiquid,* C. *eod. vt hic: & Nouell. 91.* Præfertur ergo prior vxor ſecundę. Pręfertur ſoror nurui, in declam. Quintil. 360.
[d] *adde l. 8. in f.* C. *de ſecund. nupt. l.6. inf.* C. *de bon. quæ liber: Nouell. 22. c.24.*
[e] Dotis exactio priuilegiaria eſt, at non donatio propter nuptias, *vt hic: Nouell. 97. Theophil. in §. fuerat. Inſt. de act.* in alio tamen caſu donatio propter nuptias doti comparatur *Nouella 61.*
[f] Ratio hæc eſt diuerſitatis. In dotis repetitione mulier certat de damno euitando: in donatione

vxore vel alio vxoris loco. [o] *l.30.* C. *de iure dotium: lege vnic. ſuprà de rei vxor. act.* [p] actio ex ſtipulatu. [q] reipſa numerata. in dote cauta aliud *gloſſ. Bart. Bald. Roland. 1. conſil. 17. num.* 10. [r] reſtituenda *Hal.* [ſ] *leg. vnic. ſuprà de rei vxor. act.* [t] tacitam tantum habentes. *dixi ad Nouell.* 109. *c.*1. quin, dos vxoris cedit poſterioribus militiæ emendæ cauſa credentibus *Nouel. 97. cap.3.* [u] Mulier, ſiue perſonali actione *in prin.* C. *eodem:* ſiue hypothecaria agat, præfertur omnibus prioribus tacitam hypothecam habentibus *vt hic:* eo excepto qui militiæ emendæ cauſa credidit *Authent. quo iure. infra eodem:* & hoc in dote non in donatione propter nuptias §. 2. *infrà eodem.* [x] Mulieres commiſeratione dignæ. [y] Partus periculum §. 2. *Inſtit. de Sc. Tertull: Nouell. 162. cap.3. Nouel. l. 156. cap. 1: Nouel. Leonis 17: leg. 2. §.4. ff. ſi quis cautione:* quod ad Illyricanas vix pertinet. Varro 2. *de re ruſtica* 10. *in fine.* In Illyrico, inquit, hoc amplius, Prægnantes fœminæ, cùm venit pariendi tempus non longè ab opere diſcedere, ibique enixum puerum referre, quem non peperiſſe ſed inueniſſe putes. Idem de Iberis mulieribus refert Clemens 4. [z] Liberorum procreatio fauorabilis.

propter nuptias, de lucro captando. [g] id eſt, ad dotes iam conſtitutas. [h] ſecundæ ſc. [i] *pars tituli 24. lib. 22. ff.* [k] ſiue fortuito, ſiue ab extraneo. [l] Extraneus (i. non hypothecarius, ſed chirographarius tantum, *Molin. de vſur. num.* 276.) cuius pecunia ad priorem creditorem peruenit, in eius locum non ſuccedit, niſi ſub hoc pacto ei crediderit *vt hic: & l.21.* C. *de pignorat.* hypothecarijs offerens ſuccederet *l. vlt.* C. *eodem: l.1.* C. *qui potior. l. 11. inf. ff. qui potior.* [m] & ita poſt ſententiam Marcellina ſupplicat. [n] *leg. 1. ſuprà tit. proxim.* [o] .i. ceſſione & tranſlatione: eo ſenſu, Filius pignus nominatim factum auctore iudice fiſco pro patre ſoluens ea conditione, vt in fiſci locum ſuccedat, ius fiſci & prælationis conſequitur *l. vlt. in fin.* C. *eo. l.11.* C. *de fideiuſſorib. l. 3. l. vlt.* C. *de priuil. fiſci:* idem dicendum, ſi conſenſu debitoris ſoluit *leg. 3. ff. quæ res pignori.* Ex ſuperioribus cõſtat nominatim tranſcribi oportere ius fiſci in eum qui pro debitore fiſcali ſoluerit. Cui tamen ſententiæ obijcitur lex 2. *ff. de ceſſ. bonor. l. 24. §.2.3. ff. de reb. auct. iud.* qua de re v. Cuiacium 18. *obſ.* 40. [p] Ignorante creditore pignus in eius præiudicium vendi non poteſt à quocunque creditore *leg. 13.* C. *de diſtract. pign. l.1. ff. de diſtract. pignor.*

iuri tuo aliquid derogauerunt. Vnde intelligis, ſi quid tuo [a] nomine te abſente ab actoribus tuis ſolutum eſt: vt indebitum numeratum reſtitui, pignoraque tibi nexa perſequi te poſſe. PP. Kalend. Octob. Romæ, Sabino II. & Anulino Coſſ. 217.

3. Imperator *Alexander* Auguſtus Valenti.

SI potiores creditores pecunia [b] tua dimiſſi ſunt, quibus obligata fuit poſſeſſio quam emiſſe te dicis, ita [c] vt pretium perueniret ad eoſdem priores creditores: in ius eorum ſucceſſiſti: & contra eos qui inferiores illis fuerunt, iuſta defenſione te tueri potes. PP. Kalend. Februar. Iuliano II. & Criſpino Coſſ. 225.

4. Impp. *Diocletianus & Maximianus*, AA. Carpophoro.

SI prior reſpublica [d] contraxit, fundusque ei eſt obligatus: tibi ſecundo creditori offerenti pecuniam poteſtas eſt, vt [e] ſuccedas etiam in ius reipublicæ. PP. 15. Kalend. Iun. Maximo II. & Aquilino Coſſ. 286.

## SI ANTIQVIOR CREDItor pignus vendiderit, Tit. XX.

*Emens à priore creditore, à ſecundo inquietari non poteſt: ſed ſi primus creditor emit a debitore, conueniri poteſt hypothecaria per creditorem ſecundum, oblato debito.*

1. Imperator *Alexander* Auguſtus, Athenioni.

SI vendidiſſet qui antè [f] pignus accepit: perſecutio tibi hypothecaria intereſſe non poſſet. Cum autem debitor ipſi priori creditori eadem pignora in ſolutum [g] dederit: non magis tibi perſecutio adempta eſt, quàm ſi alijs eaſdem rés debitor vendidiſſet. ſed ita perſequens res obligatas audieris, ſi quod eidem poſſeſſori propter præcedentis contractus auctoritatem debitum eſt, obtuleris. PP. Id. Maij, Agricola & Clementino Coſſ. 231.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Eudemiæ.

OBligata pignoris iure creditore rectè diſtrahente, poſt [h] debitor emptori pretium offerens, vel creditori quod debuit, euincere non poteſt. S. 16. Kal. Ian. AA. Conſſ.

3. Iidem AA. & CC. Theophilo.

QVo minus creditor qui antea [i] pignus accepit, diſtrahat: non [k] offerendo ſecundus priori debitum, interpellare non poteſt. Datum VI. Kalend. April. CC. Conſſ.

## SI COMMVNIS RES pignori data ſit, Tit. XXI.

*Frater vnius non poteſt obligare alterius fratris portionem, ſed ſuam propriam ſic. Bald.*

1. Imp. *Antoninus* A. Venuſto.

FRATER [l] veſter ſicut vobis inuitis portionem vobis competentem obligare non potuit [m], ita ſuam dando, obligationem creditori quæſiuit. vnde intelligitis contractum eius nullum præiudicium domino veſtro facere potuiſſe. Accepta 3. Kalend. Decemb. Meſſala & Sabino Conſulibus 215.

## DE PRÆTORIO [n] PIGNOre, & vt in actionibus [o] debitorum miſſio [p] prætorij pignoris procedat, Tit. XXII.

[a] *V. Cuiac. 8. obſ. 9.*

[b] *l. 6. l. 12. §. 8. l. 16. l. 17. l. 21. in f. ff. qui potior: l. 3. ff. de diſtract. pign.*

[c] Valet conuentio, vt ex pretio venditi pignoris pignus dimittatur.

[d] Etiam reipublicæ debitum à ſecundo creditore pōt offerri.

[e] *dixi ad l. 2. ſuprà eod.*

[f] Antiquiſſimus creditor in præiudiciū poſterioris, pignus rectè diſtrahit *l. 3. ꝟ. eod: l. 6. ꝟ. qui potior: l. 6. ſuprà de obligat. & act. l. 3. ff. de diſtract. pign.*

[g] Debitor creditori priori pign⁹ vendendo, ius offerendi debiti poſterioribus creditoribus adimere nō poteſt. *adde l. 20. ff. de ſolutionib.*

[h] Poſt pignus à creditore legitimè diſtractum, ſerò creditori aut emptori pretium offertur, *vt hic: & l. 7. ꝟ. de diſtractis pign: l. 1. ꝟ. ſi propt. publ. penſit: l. 1. in fin. ꝟ. ſi pignus pign.*

[i] *l. 1. ꝟ. eod.*

[k] Secundus creditor offerés debitum priori creditori, impedire venditionem pignoris poteſt: nō offerendo non poteſt.

[l] Socius partem ſocij obligare non poteſt *vt hic: & l. 2. ꝟ. comm. diuid. l. 7. ſuprà commu. vtriusq. iudicij: l. 3. in fi. ff. qui potior: adde l. 2. ff. de Saluiano interd:* etiamſi totorum bonorum ſocius ſit *lege 68. ff. pro ſocio:* Quid, fiſcus rem communem habens cum priuato? eam integram poteſt vendere. *leg. 2. ſuprà, de comm. rerum alienat: leg. 1. infrà, de vendit. rer. fiſc.* ergo & pignori ſubijcere? Accurſ. putat. quod Ripenſi non placet *in leg. 1. numero 16. ff. de pignor.* [m] Ratiò dubitandi eſſe potuit, quòd commune, quaſi meum videatur *l. 5. in f. ff. de legat. 3. leg. 239. in fine ff. de verborum ſignificat.* [n] non quia iubente prætore conſtituitur. alioquin quod ab executoribus rei iudicatæ iubente Prætore capitur, prætorium dicemus: ſed quia iure prætorio, id eſt ex edicto, conſtituitur *lege tertia ꝟ. vt in poſſeſſ. legator.* [o] auctionibus. [p] Prætorium pignus eſt, quod miſſio in poſſeſſionem conſtituit *l. 12. ff. pro emptore: l. 3. §. 1. ff. de reb. eor. adde Cuiac. 5. obſeruat. 30.*

1. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

SI PRAETORIVM pignus quicunque iudices dandum alicui perſpexerint: non ſolùm ſuper mobilibus rebus, & immobilibus, & ſe mouentibus, ſed [a] etiam ſuper actionibus [b] quæ debitori competunt, præcipimus hoc eis licere decernere. Dat. Kalend. April. Conſtantinop. Decio V. Coſ. 529.

*Sicut pignus conuentionale recuperatur per hypothecariam, ſi creditor cadat à poſſeſſione: ita & pignus prætorium. Salyc.*

2. Idem A. Iuliano.

VEteris iuris dubitationem decidentes, ad duplum [c] genus hypothecarum reſpeximus: vnum quidem quod ex conuentionibus & pactis hominum naſcitur: aliud quod à iudicibus datur, & prætorium nuncupatur. Et cùm [d] inuenimus in conuentionalibus pignoribus, vel hypothecis non ſolùm tenentem creditorem adiuuari, ſed etiam ſi ab ea ‖ poſſeſſione ‖ cadat [e], ſiue ſua culpa, ſiue non, ſiue fortuito caſu: humanius eſſe perſpeximus, & in prætorio pignore dare recuperationem creditori, quocunque modo poſſeſſionem amittat, ſiue culpa ſua, ſiue non, ſiue fortuito caſu. Licet enim debuerat [f] incumbere ſuo pignori, ne aliquam patiatur ‖ inde ‖ iacturam: tamen ne quid amarum [g] in creditoribus conſequatur: benigniùs [h] cauſam interpretamur, & ei recuperationem donamus. Datum Kalend. Auguſti, Conſtantinopoli, Lampadio & Oreſte, VV. CC. Conſſ. 530.

## SI IN CAVSA IVDICATI pignus captum ſit, Tit. XXIII.

1. Imperator *Antoninus* Auguſtus, Gabinio.

RES ob [i] cauſam iudicati ‖ datas ‖ eius iuſſu, cui ius iubendi fuit, pignoris iure teneri, ac diſtrahi poſſe, ſæpe reſcriptum eſt. Nam in [k] vicem iuſtæ obligationis ſuccedit ex cauſa contractus auctoritas iubentis. PP. V. Kal. Aug. Romæ, Antonino A. IIII. & Balbino Conſſ. 215.

2. Imperator *Alexander* Auguſtus, Valeriano.

CVm in cauſa iudicati aliqua res pignori capitur, per officium eius qui ita decreuit, venundari ſolet, non per eum qui iudicatum fieri poſtulauit. Et ſi alio emptore non exiſtente, vel exiſtente quidem, ſed non dignum pretium offerente, is cui iudicatus ſatis non fecit, ad [l] licitationem ſecundum conſtituta fuerit admiſſus: cuiuslibet alterius [m] vice ex officio emere debet. PP. VI. Kalend. Maij, Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

3. Imperator *Gordianus* Auguſtus, Antigono.

IN cauſa iudicati pignora ex auctoritate præſidis capta, potius [n] diſtrahi, quàm iure dominij poſſideri conſueuerunt. ſi tamen per calliditatem condemnati emptor inueniri non poteſt, tunc auctoritate principis dominium creditori addici ſolet. PP. Id. Auguſt. Gordiano A. & Auiola Conſſ. 240.

## SI PIGNVS [o] PIGNOri datum ſit, Tit. XXIIII.

1. Imp. *Gordianus* Auguſt. Lamponi & alijs.

ETIAM [p] id, quod pignori obligatum eſt, à creditore pignori obſtringi poſſe iamdudum placuit: ſcilicet vt ſequenti creditori vtilis actio detur, tandiuque eum is qui ius repræſentat, tueatur, quandiu in cauſa pignoris manet eius qui dedit. Sed ſi vos vſumfructum [q] poſſeſſionis tantummodo pignori dediſtis: isque qui accepit, alij [r] eam poſſeſſionem cuius vſumfructum nexum habebat, ſine veſtra voluntate pignorauerit: creditor eius, id in quo pignoris vinculum non conſtitit, diſtrahens, dominio vos priuare nequiuit. Quòd ſi non fuit veſtro credi-

[a] Pignus prætorium in vniuerſa bona & iura conſtituitur.

[b] Pignus prætorium in nominib⁹ poteſt conſiſtere.

[c] Pignus aliud conuentionale, aliud iudiciale & prætorium.

[d] Nota argumentum a pignore cōuentionali ad prætorium.

[e] Pignus conuētionale & prætorium recuperatur per hypothecariū, ſi fortè miſſus à poſſeſſione ceciderit *l. 11. §. 1. in f. ff. de pignorib.*

[f] Negligentia poſſeſſio facilius amittitur, quàm ius reale.

[g] Fauetur creditoribus ius ſuum perſequentibus.

[h] *Vide l. 56. l. 192. in f. ff. de regul. iur: cap. 49. de regul. in ſexto.*

[i] *l. 26. ff. de pignor.*

[k] Vt conſenſu partium, ita & auctoritate iudicis pignus vendi poteſt *l. 3. §. 1. verſ. ſin autē, ꝟ. de iure dominij.*

[l] Ad licitandum, creditor qui pign⁹ cepit admittitur *d. l. 3. §. 2: l. 16. ff. de reb. auct. iud.*

[m] Vice extranei, creditori pignus emere licet.

[n] Emptore non reperto iure dominij creditor pignus poſſidere ſolet. Subſidiū emptionis, dominij addictio *dict. §. 2.*

[o] Pignus pignori dari poteſt *lege 13. §. 2. ff. de pignoribus: adde l. 4. ꝟ. quæ res pignor.* quod Græcis eſt μετενεχυριάζειν. [p] *dicto §. 2. dicta l. 4.* [q] Vſumfructum fundi tibi obligaui. fundum Titio obligaſti. Titius eundem fundum vendidit. quid iuris? venditio non valet. Nam pignoris nudus vſufructuarius proprietatem obligare aut alienare non poteſt. ſolum vſumfructum poteſt. [r] Rei vſusfructus pignorari poteſt.

tori vſusfructus, ſed ipſa poſſeſſio[e] pignorata, & ante exolutam à domino pecuniam creditor ſecundus pignus acceptum vendidit: non poſſe venditionem poſt[b] ſolutam pecuniam reſcindi, diuorum principum placitis continetur. PP. Idib. Septemb. Pio & Pontiano Conſſ. 239.

*Hæres debitoris rem recuperat à ſecundo creditore, debito ſoluto vel oblato. Salyc.*

2. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Gemello.

SI creditor poſſeſſionem quæ à parentibus tuis pignoris iuri fuerat obligata, nō vendidit, ſed alij creditori pignori dedit: examinata fide veri, poteris eam ſoluto[c] eo quod ex hac cauſa creditori[d] debetur, interceſſu præſidis prouinciæ recuperare. 13. Kal. Ianuar. ipſis IIII. & III. AA. Conſſ. 290.

## DE PARTV PIGNORI & omni cauſa, Tit. XXV.

1. Imp. *Alexander* A. Meſtriano.

PARTVS[e] pignoratæ[f] ancillæ in pari cauſa eſſe, qua mater eſt, olim placuit. PP. Idib. Maij, Agricola & Clementino Conſſ. 231.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Annoſo & Antonino.

CVm pignoris titulo mancipio vos obligaſſe pro mutua quam accepiſtis pecunia proponatis. horum mancipiorū operis[g] quas creditor accepit, vel quas percipere[h] potuit, in vſuras computatis, & pòſt in ſortem: extenuato debito, reſiduum offerentibus, vel ſi non accipiat, conſignatum deponentibus, mancipia vobis præſes prouincię reſtitui iubebit. S. V. Kal. Ian. AA. Coſſ.

## DE REMISSIONE[i] pignoris, Tit. XXVI.

*Præſentia creditoris non contradicentis tempore manumiſſionis, inducit remiſſionem pignoris. Bart.*

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Proculo.

SI te manumiſſum, & in libertatem moratū[k], ſciente ea, cui pignoris nomine obligatus diceris, præſidi probaueris: ex conſenſu creditricis remiſſam pignoris obligationem apparebit: & per hoc iure manumiſſum, nec ab hærede creditricis in ſeruitutem peti poſſe, certum eſt. PP. XII. Kal. Maij, Antonino A. II. & Geta II. Coſſ. 209.

2. Iidem AA. Materno.

SI probaueris te fundum mercatum, poſſeſſionemque eius tibi traditam[l], ſciente & conſentiente ea quæ ſibi eum à venditore obligatum dicit: exceptione ‖eam‖ remouebis. Nam obligatio pignoris, conſenſu & contrahitur[m] & diſſoluitur. PP. II. Idib. Febr. Antonino A. III. & Geta III. Coſſ. 209.

3. Imp. *Alexander* A. Tauro.

SI ignorante vel inuito te debitor tuus, qui vniuerſa bona ſua ob pecuniam debitam tibi obligauerat, cū republica poſtea[n] contraxit, ius tuum non læſit. PP. 3. Id. Apr. Albino & Maximo Conſſ. 228.

*Sciens & conſentiens alienationi rei pignoratæ, ius pignoris perdit, niſi denuò ſit obligatum. Bald.*

3. Imp. *Gordianus* A. Aquilino.

CVm te à debitore mercatum proponas eam rem, quæ alij pignorata erat: ſi ſciente eo, ac pignus ſuū remittente[o], eam mercatus es: cùm eius conſenſu nexu pignoris euanuerit, ſi non noua[p] voluntas interceſſerit, quę denuo obligationem pignoris conſtitueret,

[a] Fundum pignoraui. Creditor eundē fundum pignorat. Nouus ille creditor ex cauſa iudicati fundū diſtrahit. nouo creditori pecunia ab emptore ſoluitur. quid iuris? ſero emptori fundū euinco vt *hic: l. 2. ſuprà, ſi antiquior. credit.*

[b] id eſt re nō amplius integra.

[c] Fundum à parentibus tuis pignori mihi datum Titio pignoraui. potes à Titio pignus recuperare, debito mihi ſoluto vel oblato vt *hic: et l. 40. in fin. ff. de pignorat: l. 13. §. 2. ff. de pignorib: v. l. 4. ſup. quæ res pignor:* vt hoc modo, Reſoluto iure dantis reſoluatur ius accipientis.

[d] tuo ſc.

[e] *Vide l. 13. l. 26. in f. l. 29. §. 1. ff. de pignorib: l. 1. ff. de Saluiano interd.*

[f] id eſt, Partus editus ante ancillam pignoratam nō eſt pignori, niſi expreſſè cōuenerit. & ita intellige *Paul. 2. ſent. 5. §. 2.* poſt pignoratam, eſt pignori, vt *hic & l. 18. §. 2. ff. de pign.* niſi apud alium quàm apud dominum partus ſit editus *d. §. 1. in f.* Editus apud debitorem eſt pignori: apud emptorem non eſt.

[g] Creditor quas operas ſerui pignorati perceperit aut percipere debuit, in vſuras primum imputat, deinde in ſortem vt *hic: l. 1. 2. 3. l. 12. ſuprà de pignorat. l. 11. ſuprà de vſur: l. 9. in fin. ſup. de pignorib: l. 1. j. de diſtract. pign: l. 10. §. 9. ff. de mandato.*

[h] *Vide Cuiacium 11. obſeruat. 31.*

[i] Pignoris remiſſione, ius pignoris perimitur *adde 20. ff. 6.*

[k] Creditor, qui ſibi pignoratum ſeruum ſciens manumitti & in libertate morari patitur, ius pignoris remittit *facit l. 4. ſuprà de ſeruo pignor. dato.*

[l] Qui rem pignoratam vendi & tradi patitur ac conſentit, pignus remittit *leg. 4. infrà eodem: l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pignor.*

[m] *l. 9. in fin. infrà eodem: l. 23. ſuprà de pignor: leg. 2. ſuprà, quæ res pignori: l. 5. ff. quib. mod. pign.*

[n] Prior creditor hypothecarius, etiam priuatus, fiſco tempore poſteriori præfertur *l. 12. infrà de diſtract: l. 8. ff. qui potior.*

[o] expreſſim *dixi leg. 2. ſup. eodem:* alioquin non ſufficit taciturnitas ſine ſcientia.

[p] Pignus remiſſum, nouo pacto poteſt reſtitui.

ea res velut obſtricta non poteſt vindicari. PP. 11. Kalend. Maij, Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

5. Iidem A. Aſclepiadi.

DEbitum, cuius meminiſti, quod per pacti conuentionem inutiliter[a] factam remiſiſti, etiam nunc petere non vetaris, & vſitato more pignora iudicare. PP. 6. Id. Sept. Gordiano A. II. & Pompeiano Coſſ. 242.

6. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Argio.

SI eo tempore quo prædium diſtrahebatur, programmate[b] admoniti[c] creditores, cùm[d] præſentes eſſent, ius ſuum executi non ſunt: poſſunt videri obligationem pignoris amiſiſſe. PP. Id. III. Febrar. Maximo II. & Aquilino Conſſ. 286.

*Qui reddit chirographum creditori, ius pignoris amittit. Bald.*

7. Iidem AA. Paulino.

CReditricem patrui tui ſub obligatione fundi qui per chirographum nexus pignori fuerat, iubentem eandem cautionem[e] reddi, pignoris etiam ius remiſiſſe videri, manifeſtum eſt. PP. V. Id. Sept. Diocletiano III. & Maximiano AA. Coſſ. 287.

8. Iidem AA. & CC. Apollonio.

SI hypothecas fiſco[f] diſtrahente, creditores ſilētio[g] tradiderunt negotium: palam eſt ‖etiam‖ actionem ſuam amiſiſſe eos, quam in rem habebant. nam & fiſcalis haſtæ fides[h] facilè conuelli non debet. PP. 13. Kal. Septemb. ipſis IIII. & III. AA. Coſſ. 290.

*Soluens creditori de mandato debitoris, ab eo repetit: ſed pignus ei traditum non reuocat. Salyc.*

9. Iidem AA. & CC. Hermiano.

CVm ex cauſa mandati[i] pro ſocero tuo te fœnebrem pecuniam exoluiſſe proponas, curabit præſes prouinciæ in reſtituenda pecunia, quam pro eo exoluiſti, necnon etiam in vſuris[k] eius indemnitati tuæ proſpicere. Nam ſi recepta[l] à creditore mancipia, quæ pignori fuerant data, hac mente ſocero tuo tradidiſti, vt pignoris vinculum ‖tuum‖ diſſoluatur: obligatio ſemel extincta inſtaurari non poteſt. PP. X. Kal. Oct. ipſis IIII. & III. AA. Conſſ. 290.

10. Iidem AA. & CC. Quintillæ.

REs pignoris hypothecæve iure creditoribus obnoxias, citra[m] conſenſum eorum debitores alienantes, præcedentem non diſſoluunt obligationem. D. Kal. Decemb. AA. Coſſ.

*Res hypothecata à debitore alienata creditore conſentiente, & poſtmodum re acquiſita, non recidit in generalem obligationem etiam futurorum. Salyc.*

11. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni præf. præt.

SOlita prouidentia vtimur etiam de pignoribus vel hypothecis rerum, quę quibuſdam creditoribus ſuppoſitæ, poſtea à debitoribus venduntur, vel alio mo-

[a] Pacto inutili pignus remitti non poteſt: vtilis poteſt *leg. 2. j. eo: l. 11. §. 2. ff. de act. pignorat: l. 5. ff. qui. mod. pig.* Imo pōt. nam vtcumq; donatio pignoris ſit inutilis, nō poteſt tñ reuocari *l. 1. §. 1. ff. quibus mod. pign.*

[b] Programmata, Galli *affiches & panonceaux.* Libellus publicè ꝓpoſitus. Programma quid eſſet dixi etiam ad Nouell. 112. *c.* 3. adde Paponē 18. *Areſt.* 6 *des cries & ſubhaſtatiōs.*

[c] ſunt .n. monendi hi quorum intereſt *l. 26. §. 7. ff. de fideic. libert.*

[d] Si pignus publicè ſubhaſtatur, creditore pręſente & tacente, ius pignus remitti intelligitur vt *hic: & l. 8. j. eod:* Quid ſi abſens? iuuari poteſt. & ita iudicatum à ſenatu Burdegalenſi Paponius refert *d. loco Areſt.* 4. maximè ſi rei publicæ cauſa abfuit, aut pupillus fuerit *l. 6. §. 1. ff. qui. ex cauſ. in poſſeſſ.* 1. ſiue minor ſit deceptus in pretio ſiue ex falſa cauſa decretū fuerit interpoſitum *l. 2. l. 5. ꝫ. de præd: l. 9. ff. de reb. eor. quæ ſub tut: adde cap. conſtitutus de in integ. reſtit: l. pen. ꝫ. de integ. v. Areſta Burdegalenſ. apud Paponē d. loco areſt.* 1. vt ita vſu diſceſſum ſit à lege 5. *in f. j. de fide & iure haſtæ.*

[e] Creditor iubens debitori cautionē reddi, pignus remiſiſſe intelligitur vt *hic:* & merito. Nam & eo caſu actum etiā id videtur, ne debitū *j. eo. ibi etiā ius: l. 2. ff. de pact.* ſeu id quod in chirographo eſt, petatur *l. 59. ff. de legat.* 3. quo nomine debitori competit exceptio *l. 3. §. 1. ff. de liberatione.*

[f] *dixi ad l. 6. ꝫ. eod. l. 1. ꝫ. ſi propt. publicas penſitationes.*

[g] Publicæ cautioni (ad priuatam venditionem refer *l. 8. §. 15. ff. eod.*) creditor contradicere debet. alioquin ſilentio ius pignoris amittit *hic: & l. 6. ꝫ. eod.* vt hinc conſtet, Præſentiam tertij tacentis in actu alterius, eidem tertio nocere. quæ in re vix certa poteſt tradi regula. Patris præſentia habetur pro conſenſu *l. 7. ff. de ſponſalib: l. 5. ſup. de nupt.* tutoris nō habetur *l. 3. ff. de aucto. præſt.* ſubſcribēs teſtamento, nō cōſentit *l. 39. ff. de pignor.* cōtractui, conſentit *l. 26. §. 1. ff. de pignorib.* Diuiſio cohæredum præſenti legatario non nocet *l. 34. ff. de legat.* 2. Factum hæredis præſenti fideicommiſſario non nocet *l. 92. ff. de leg.* 1: ſocij, ſocio aliquid faciente nocet *l. 28. ff. comm. diuidundo:* vt & cohæredis, cohærede aliquid faciente. *l. 12. ff. de euict.* vel vicini, vicino nouum opus facienti *l. 19. ff. de aqua pluu.* Nemo fit ſilentio procurator *in l. 7. §. 1. ff. de procuratorib.* ſilentio fit fideiuſſor *l. 4. in f. ff. de fideiuſſ. tutor. v. Hotom. 4. obſeruat. 27.*

[h] fiſcalis haſtæ fides facilè conuelli non debet.

[i] Si mandatarius ſolutionis pignus reddit debitori, mandator ius pignoris remiſiſſe intelligitur.

[k] In mandati actione contraria veniunt etiam vſuræ.

[l] Tuo creditori, cùm id mihi mandaſſes, debitum ſolui: pignus liberatum tibi reddidi. ius pignoris extinctum vt *hic:* non tamen debiti *in prin. ſuprà eod.* Pignoris, inquam, ita vt pignus tibi datum reuocare non poſſim vt *hic.*

[m] Pignus citra conſenſum creditoris à debitore non poteſt alienari vt *hic: l. vlt. j. eod. l. 12. j. de diſtract. pign. l. 15. ſuprà de pignorib.*

do transferuntur, creditore ſuum [a] conſenſum contractui præbente: & quodam legitimo poſtea modo ‖res‖ ad priorem dominum reuertuntur. In hoc etenim caſu diuerſæ ſententiæ a legũ prudentibus habitæ ſunt, quibuſdam dicentibus ius pignoris creditori renouari propter [b] verbum *futurarum* [c] *rerum*, quod in generalibus hypothecis poni ſolitum eſt: aliis penitus extingui. Nobis autem viſum eſt, eum qui ſemel [d] conſenſit alienationi hypothecæ, & hoc modo ſuum ius reſpuit [e], indignum [f] eſſe eandem rem, vtpote ab initio ei ſuppoſitã, vindicare, vel tenentem inquietare. Dat.* Conſtantinopol. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. anno ſecundo. 532.

## ETIAM OB CHIROGRAPHARIAM [g] pecuniam pignus teneri poſſe, Tit. XXVII.

*Per nouationem voluntariam debiti principalis pignus extinguitur: niſi fuerit repetitum. Salyc.*

1. Imp. *Gordianus* A. Feſto.

PIGNVS intercidit, ſi nouatione [h] facta, in [i] alium ius obligationis tranſtuliſti, nec vt ea res pignoris nomine teneretur, tibi cautum eſt. Quòd ſi pactum inter te eumq; qui poſtea dominus fundi conſtitutus nouam obligationem ſuſceperat, interceſſit, vt idem fundus tibi pignoris nomine teneretur, quamuis perſonali actione expertus feceris [k] cõdemnationem, pignoris tamen habes perſecutionẽ [l]. At ſi [m] in poſſeſſione fueris conſtitutus: niſi ea ‖quoque‖ pecunia tibi à debitore reddatur, vel offeratur, quæ ſine pignore debetur: eam reſtituere propter [n] exceptionem doli mali non cogeris. Iure enim contendis debitores [o] eam ſolam pecuniam, cuius nomine ea pignora obligauerũt, afferentes, audiri non oportere, niſi pro illa etiam ſatisfecerint, quam mutuam ſimpliciter acceperunt, quod in ſecundo [p] creditore locum non habet, nec enim neceſſitas ei imponitur chirographarium etiam debitum priori creditori offerre. P.P. Idib. Martiis, Gordiano A. & Auiola Conſſ. 240.

## DE DISTRACIONE [q] pignorum, Tit. XXVIII.

*Si fructus pignoris à creditore percepti coæquentur vſuris & ſorti pignus non poteſt diſtrahi. Salyc.*

1. Imp. *Alexander* A. Pacatæ.

FVNDVM pignori obligatum ſi creditor ex [r] fructibus debitum [ſ] conſecutus eſt, cum ipſo iure pignus ‖ab‖ obligatione liberatum ſit, diſtrahere minimè poteſt. PP. Idib. Ianuar. Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

2. Idem A. Maximæ.

CReditor, qui hypothecæ ſeu pignori rem ſibi nexam vendidit, litigioſam [t] rem non videtur vendere: quia precariò [u] debitor poſſidet. PP. XII. Kal. Octob. Maximo II. & Æliano Coſſ. 224.

3. Idem A. Luciano.

HYpothecis vel pignoribus à creditoribus venundatis, in id, quod deeſt [x], aduerſus reum vel fideiuſſorem ‖eius‖ actio competit. P P. III. Non. Nouemb. Maximo II. & Aeliano Conſſ. 224.

4. Idem A. Creſcenti.

CReditor hypothecas ſiue pignus cum proſcribit, notum [a] debitori facere, & ſibi bona fide rem gerere, &, quando licet, teſtatò dicere [b] debet. Si quid itaque per [c] fraudem in pignore villæ venditæ commiſſum probare potes: vt inferatur actio, quæ eo nomine competit: adi eum, cuius de ea re notio eſt. PP. Ka. Iun. Fuſco & Dextro Conſſ. 226.

5. Idem A. Soſſiano.

SI reſiduum [d] debiti paratus es ſoluere, præſes prouinciæ dabit ‖tibi‖ arbitrum: apud quem quantum [e] ſit, quod ſupereſt ex debito, examinabitur: & ſiue ad iudicem venire aduerſa pars ceſſauerit, ſiue oblato ſuperfluo ad venditionem proſiluerit: improba alienatio proprietatis tuæ ius non aufert. PP. 12. Kalend. Aug. Pompeiano & Pelignc Coſſ. 232.

6. Imp. *Gordianus* A. Rogato.

QVandiu [f] non eſt integra pecunia creditori numerata: etiam ſi pro parte maiore eam conſecutus ſit, diſtrahendi rem obligatam non amittit facultatẽ. PP. 14. Kal. Septemb. Pio & Pontiano Coſſ. 239.

7. Idem A. Caro.

SI ceſſante [g] ſolutione, creditor non reluctante lege contractus [h], ea quæ ſibi pignori nexa erant, diſtraxit: reuocari [i] venditionem iniquum eſt, cùm ſi quid in ea re fraudulenter [k] fecerit, non emptor a te, ſed [l] creditor conueniendus ſit: P P. V. Kal. Nou. Pio & Pontiano Coſſ. 239.

*Oblatio debiti venditionem præcedens impedit venditionem pignoris futuram. Bald.*

8. Idem A. Maximo.

SI priuſquam [m] diſtraheretur pignorata poſſeſſio, pecuniam creditori obtuliſti, eoque non accipiente, facta conteſtatione eam depoſuiſti, & hodie ‖ quoque ‖ in eadem cauſa permanet: pignoris diſtractio nõ valet. Quod ſi priùs quàm offerres, legem venditionis exercuit: quod iure ſubſiſtit, reuocari non debet. P P. 3. Non. April. Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

9. Impp. *Diocles.* & *Maxim.* AA. Cillo.

QVæ ſpecialiter [n] vobis obligata ſunt, debitorib. detrectantibus ſolutionem, bona fide debetis & ſolenniter vendere. Ita enim apparebit, an ex pretio pignoris debito ſatisfieri poſſit. Quod ſi quid deerit [o]: non prohibemini cętera [p] etiam bona iure conuentionis conſequi. PP. 13. Kal. Iun. Diocletiano III. & Maximiano A A. Conſſ. 287.

*Creditor non poteſt vendere pignus ſibi ipſi, nec interpoſita à ſe perſona ſimulata. Salyc.*

10. Iidem A A. & C C. Ruſino.

ET qui ſub imagine [q] alterius perſonæ, quam ſuppoſuerat, iugiter [r] tenet: cùm ſibi negotium gerat, alienaſſe non videtur. Iure enim pignoris obligatum prædium, neque ſi per ſubiectam [ſ] perſonã creditor comparauerit, neque ſi ſibi addixerit, debitori affert præiudicium: ſed in eadem cauſa permanet, in qua fuit ante huiuſmodi colluſionem. Sanè ſi [t] debitore diſtrahente cõparauerit, conſenſu emptionem perfectam (ſi neque dolus [u] aduerſarij, neque metus [x] cauſa geſta agentur) reuocari [y], exemplo graue eſt. Si igitur poteris euidentibus probationib. monſtrare creditorẽ [z] per ſuppoſitam imaginarij [a] emptoris perſonam ſemper poſſeſſionem tenuiſſe, nec vendita bona [b] fide prædia poſtea ſinceriter comparaſſe: potes oblata pecunia cum vſuris, ad reſtitutionem creditorem compellere. P P. 3. Non. Octob. ipſis IIII. & III. A A. Coſſ. 290.

11. Iidem A A. & C C. Rufinæ.

MVLIER licet ſpecialiter res pignori dederit pro

[a] Pignus cõſentiente creditore poteſt alienari vt hic: & *l.* 10. ſ. *eo.* finge pignus *l.* 1. ſ. *de precario: l.* 1. *ff. de alie. iud. mut. cauſa.* ita alienatum poſtmodum rediiſſe in poteſtatẽ debitoris: nũ tacitè pignus redintegratum eſt? non eſt. ĵ. *eod. ibi, indignum.*
[b] Ratio dubitandi ea fuit. Res futuras Titius mihi obligauit. pignus mihi obligatũ, meo conſenſu alienatum, poſtmodum, me inſcio, adquiſiuit. Pignus itaq;, de quo quæritur, mihi obligatũ. Multi hunc caſum ſingularẽ ignorantes contrariũ reſponſuri eſſent Salycet[9].
[c] Formula generalis hypothecæ.
[d] *l.* 158. *ff. de reg. iur.*
[e] Ratio decidendi.
[f] deciſio.
[g] Chirographaria pecunia eſt, quæ ſine pignore creditur.
[h] Nouatione debiti voluntaria pignus remittitur *l.* 11. *ff. de pigno. l.* 18. *ff. de nouation.* id eſt, Pignus obligationis nouatæ nõ traſfertur in obligationem nouatam niſi ex pacto. [i] Nouationis, ſeu delegationis definitio *l.* 1. *ff. de nouat.* [k] .i. tibi condemnatus fuerit debitor *d. l.* 11: *l.* 13. §. 4. *ff. de pign.* [l] aduerſus eũ qui pignoris dominus conſtitutus eſt. [m] Fundũ tibi obligaui in X. delegaui tibi Titiũ, nulla facta mẽtione pignoris, fundũ poſtea Titio vẽdidi, ius pignoris non habes, niſi cũ Titio pactus ſis de pignore. Quid ſi fundi poſſeſſio adhuc apud te eſt? vt hic. Fundi retinẽdi ius habes, etiãſi ſine pignore pecuniã, id eſt chirographariã tantum debeas, retinendi, inquã, aduerſus ipſum debitorem *verſ. Iure enim contendis debitores* ĵ. *eo.* at non aduerſus ſecundũ creditorẽ ĵ. *eo. reb. quod in ſecundo creditore*, &c. [n] *l.* 1. ſ. *ſi res alie.* [o] de ipſo debitore. [p] de ſecundo creditore. [q] *dixi ad* 20. *ff.* 5. [r] Creditor ex fructibus pignoris debitũ conſecutus pignus diſtrahere non poteſt. *vt hic adde l.* 2. ſ. *de partu pignor: l.* 1. 3. *l. vlt.* ſ. *de pign.* [ſ] & vſuras *dixi ad d. l.* 2. *adde l.* 8. *in f. ff. de pign.* [t] Pignus ſua natura non eſt res litigioſa, ideoq; pignus citra vitium litigioſi vendi poteſt *vt hic: & l.* 1. ĵ. *de litigioſis.* [u] Creditor pignus domino ac debitori precario põt cõcedere *vt hic:* huiuſmodi precario, ius pignoris non remittitur *l.* 3. *ff. de pactis.* [x] Venditio pignoris non idonei, reſidui petitionẽ non adimit. Hyperochæ ſeu reſidui repetitio ſupereſt *vt hic: & l.* 5. 9. ĵ. *eo. l.* 9. *in f. ff. eo. & l.* 10. *in f.* ſ. *de oblig: l.* 8. *in f.* ſ. *ſi cert. petat: l.* 28. *ff. de rebus credit. l.* 8. *in f. pr. ff. de diſtract. pign.*

[a] Debitore clam & creditore nõ denunciato pignus vendere non poteſt. Solenniter igitur denunciato, poteſt. *facit l.* 6. *l.* 8. ſ. *de remiſſ. pig. l.* 3. §. 1. *verſ. ſin autẽ.* ĵ. *de iur. dom.* alias non ſufficit creditoris taciturnitas *l.* 8. §. 15. *ff. quib. mod. pign.*
[b] *l.* 1. ĵ. *ſi vendito pignore.*
[c] id eſt, condicere, denũciare.
[d] *dixi ad l.* 3. ſ. *eod.* Reſidui debiti oblatio pignoris venditionẽ impedit *adde l.* 8. ĵ. *eo. l.* 2. ĵ. *debitor. vendit. pign. imped. non poſſe.*
[e] Reſiduum debiti a iudice æſtimatur.
[f] Etiam pro reſiduo debiti ius totius pignoris vendi poteſt (quatenus debito maius) *vt hic: & l.* 3. *ſup. eo. & l.* 2. *in fi.* ĵ. *tit. prox: l.* 25. §. 14. *ff. familia: l.* 8. §. 2. 3. *l.* 11. §. 4. *ff. de pign: adde l.* 3. §. 5. *ff. de ſtatu lib.* quia ius pignoris eſt indiuiduum. *l.* 65. *ff. de euic.*
[g] l. 2. *in f.* ſ. *de pignor. act. l.* 3. *ſup. de pignor. l.* 4. *ff de pign. act.*
[h] *l.* 8. *in fi.* ĵ. *eo. l.* 2. *ſuprà ſi antiquior.*
[i] Facta legitimè venditio pignoris non reuocatur. [k] Fraus venditoris, bonæ fidei emptori non nocet *v. l.* 1. ĵ. *ſi venditor. pign.* [l] *l.* 5. ĵ. *ſi vendito pignore.* [m] Præcedens oblatio pignoris, venditionem impedit: ſubſequens, factam non reuocat *adde l.* 2. *ſuprà qui bon. ced.* [n] Pignora ſpecialiter obligata priore loco diſtrahuntur: poſteriore, generaliter obligata. [o] *v. l.* 3. *ſuprà qui potior.* [p] id eſt res generaliter obligatas *dixi ad l.* 2. *ff. qui potior.* [q] Creditor per interpoſitam perſonam rem ſibi pignoratam emere non poteſt *vt hic: ad. de Paul.* 2. *ſent.* 13. §. 4: *l.* 8 *ſuprà de pignor. adde l.* 54. *ff. de obligat.* Palam poteſt emere *l.* 3. ĵ. *de iure dominij*, aut ab ipſo debitore *l.* 20. 34. *ff. de pignoratitia.* [r] Qui iugiter tenet poſſeſſionem eam non amittit. [ſ] ſuppoſitam, *d.* §. 4. [t] *d. l.* 20. *d. l.* 34. [u] *ſup. de dolo: & l.* 5. *ſuprà de reſcind. vendit.* [x] *ſupra quod met. cauſa: l.* 1. *ſup. de reſcind.* [y] *l.* 7. *ſuprà de reſcind.* [z] *dixi ad l.* 5. *ſuprà de legibus: adde l.* 26. *ſup. de vſur: l.* 5. §. 3. *ff. de author. tut. Nouel.* 22. *c.* 27. *Nouel.* 123. *c.* 2. [a] Actus imaginarij iuris vinculum non obtinẽt *l.* 54. *ff. de obligat.* [b] bona fide ſinceriter *v. l.* 1. *ſuprà de ſuffragio: l.* 2. *ſup. ſi propt. public. penſit.*

alio,

alio, [a] creditor eas diſtrahendi [b] non habet facultatem niſi diſſimulatione [c], marito obligante velut [d] proprias, creditoris ignorantiam circunſcripſerit. PP. V. Kal. Maij, Heracliæ, AA. Conſſ.

12. Iidem AA. & CC. Zotico.

SI debitor [e] rem tibi iure pignoris obligatam, te non conſentiente diſtraxit: dominium eum [f] ſua cauſa tranſtulit ad emptorem, S. prid. Kal. Maij, Heracliæ, AA. Coſſ.

13. Iidem AA. & CC. Theodotæ.

QVi prædium obligatum a creditore comparauit, ſi in [g] vacuam poſſeſſionem inductus [h] non eſt: nullam in rem actionem habet.

*Debitor non ſoluens tenetur facultatem pignorum diſtrahendi cauſa facere creditori. Salyc.*

14. Iidem AA. & CC. Modeſto.

SI in hoc, quod iure tibi debetur, ſatisfactum [i] non fuerit, debitoribus res obligatas tenentibus [k]: aditus præſes prouinciæ, tibi diſtrahendi facultatem iubebit fieri. PP. 16. Kalend. Decemb. Sirmij, AA. Coſſ.

15. Iidem AA. & CC. Auianæ.

OBligatis pignori mancipiis a creditore diſtractis ac traditis: ſi poſt debitor quondam hęc ſolicitauerit, non venditori, ſed emptori [l] contra poſſidentem in rem competit actio. Dat. Kal. Mart. Sirmij, CC. Coſſ.

16. Iidem AA. & CC. Syluano.

VNus [m] ex multis debitoris q pignora tradiderat, hæredibus, quod ab eo perſonali actione peti potuit, ſoluendo, res obligatas diſtrahendi creditori facultatem non adimit. S. III. Non. April. CC. Coſſ.

17. Iidem AA. & CC. Agapæ.

REi creditor obligatæ generali ſiue ſpeciali conuentione, per creditorem alium, cui [n] non fuerat nexa, venundatæ, non amittit perſecutionem. Dat. prid. Non. April. CC. Coſſ.

18. Iidem AA. & CC. Caiano.

QVi à creditore pignori obligatum prædium iure [o] emit, de proprietate [p] vinci non poteſt. S. VI. Kal Maij, CC. Coſſ.

19. Iidem AA. & CC. Libyæ.

SI maritus [q] tuus mutuam (licèt tuam) dedit pecuniam: eorum, quæ pignoris titulo accepit, ſi ei non ſucceſſiſti, diſtrahendi nomine tuo nullam habes facultatem. S. VI. Id. Nouemb. Heracliæ, AA. Coſſ.

20. Iidem AA. & CC. Sabino.

SEcundùm placiti fidem, ſi nihil conuenit [r] ſpecialiter, pignoribus à creditore maiore quàm ei debebatur, pretio diſtractis, [s] licet ex eo [t] fundus cõparatus [u] ſit, non ſuper hoc in rem, ſed in perſonam id eſt pignoratitia de ſuperfluo competit actio. S. VI. Id. Nouemb. Byzantij, CC. Coſſ.

## DEBITOREM VENDITIONEM pignoris impedire non poſſe, Tit. XXIX.

*Debitor in ſua vltima voluntate non poteſt impedire, quò minus creditor iure poſſit vendere prædia ſibi obligata. Salyc.*

1. Impp. *Seuerus* & *Antoninus* AA. Marcello.

SI ſunt qui emere prædia tibi obligata velint, non impediuntur ſcriptura [x] teſtamenti, qua complexus eſt debitor nulla à ſe prædia venundari, & pœnam addidit, vt [y] fiſci fierent. Nec enim potuiſſe eum huiuſmodi lege ius creditoris facere deterius, manifeſtum eſt. Dat. VI. Kal. Maij, Apro & Maximo Coſſ. 280.

[a] Mulier pro extraneo pignus dare nõ teſt. *l. 39. inf. l. 40. ff. de rei vindic.*

[b] Inutile eſt pignus quod alij vendi nõ poteſt.

[c] *l. 18. ſ. ad Velleia.* Mulier colludendo rectè pignorat.

[d] Si maritus res vxoris velut proprias obligauit, ſciente & diſſimulante vxore: obligatio non reſcinditur.

[e] Debitor pignus poteſt vendere, ſaluo iure creditoris *l. 14. l. 15. ſ. de pignorib. l. 3. l. 10. ſ. de remiſſ. pignor. l. 18. §. 2. ff. de pignor.*

[f] *d. §. 2. adde quæ notaui ad l. 20. §. 1. ff. de adqui. rer.*

[g] Non venditione, ſed traditione dominiũ trãſfertur *v. l. 20. ſ. de pact. adde Vlp. 19. §. 7. l. 9. ſup. de donat. int. vir.*

[h] Inductione vacuę poſſeſſionis dominium adquiritur. Nõ inductus, non dominus.

[i] *l. 18. de adminiſt. tut. v. l. 1. ſuprà de partu pign.*

[k] Creditor pignus etiam apud debitorem conſtitutum poteſt vendere.

[l] Emptori pignoris legitimo, rei vindicatio cõpetit in debitorẽ pignoris poſſeſſorem.

*Niſi debitor vniuerſum debitum offerat, non habet poteſtatem denunciandi creditori ne pignora vendat, nec emptori ne emat. Salyc.*

2. Imp. *Gordian.* A. Nepoti.

DEbitoris denũciatio [a], qui creditori ſuo, ne ſibi rem pignori obligatam diſtrahat, vel his qui ab eo volunt cõparare, denuntiat: ita demum efficax eſt, ſi vniuerſum [b] tam ſortis quàm vſurarum offerat debitum creditori: eoq; non accipiente, idonea fide probationis (ita vt oportet) depoſitũ oſtendat. Nam ſi vel [c] modicum de ſorte vel vſuris [d] in debito perſeueret: diſtractio rei obligatæ non poteſt impediri: neq; ea ratione emptor, tametſi ſciat interpoſitam a debitore creditori denunciationem, malæ fidei fit poſſeſſor. PP. III. Non. Auguſt. Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

## SI VENDITO PIGNORE AGATVR, Tit. XXX.

*Si creditor per fraudem minori pretio pignus vendidit, ad intereſſe debitoris tenetur. Salyc.*

1. Imp. *Alexander* A. Agrippæ.

PRÆSES prouinciæ aditus, ſi fuerit probatũ, tuum creditorem cui ius diſtrahendi pignora fuit, dolo [f] malo fundum vendidiſſe: quanti tua intereſt, reſtituere tibi eundẽ creditorem iubebit. Quòd ſi [g] de bonis creditoris condemnati ſolui pecunia non potuerit, & probatũ fuerit, emptorem mala fide emiſſe: offerente [h] te pecuniam cum vſuris, quanti fundus venit, reſtituere tibi fundum cum fructibus malæ fidei emptorem iubebit. PP. Kalen. Septemb. Alexand. A. Coſ. 223. [illegible]

2. Idem A. Aemilio.

SEruos, quos nullo [i] iure à creditore veniſſe dicis, pater tuus, vel [k] tu, ſi hęreditas eius ad te pertinet, à poſſeſſoribus petere potes. Quòd ſi vſucapti [l] ſunt, petat pater tuus pretium eorum à creditore, qui non iure eos vendidit. PP. III. Kal. Ian. Alexand. A. Coſ. 223.

3. Idem A. Claudio.

SI vxor tua præſidi prouinciæ probauerit, cum aureos triginta deberet, ſeruos ſuos amplioris pretij per gratiam [m] aureis viginti [n] creditorem vẽdidiſſe, eumq; ſoluendo [o] non fuiſſe: iubebit [p] emptores recepto precio reſtituere ſeruos. PP. XVI. Kal. Oct. Maximo II. & Aeliano Coſſ. 224.

*Debitor pignus iure non diſtractum poteſt à poſſeſſorib. vindicare, vel pignoratitia cum creditore agere. Salyc.*

4. Imp. *Gordianus* A. Eudemo.

CVm [q] contra bonam fidem venditionem obligatæ poſſeſſionis à creditore factam alleges, non obſeruatis [r] quæ in diſtrahendis pignoribus celebrari cõſueuerunt, adito præſide prouinciæ experire actione cõpetenti non tantum aduerſus creditorem, verumetiam [s] aduerſus poſſeſſorem, ſi fraudem eum participaſſe [t] cum creditore docere potueris: vt reuocatis quæ mala fide geſta conſtiterit, & fructuum ratio, & damni quod irrogatum apparuerit, haberi poſſit. PP. Kalend. April. Sabino II. & Venuſto Conſſ. 241.

5. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* AA. & CC. Noniæ.

SI creditore pignus priuſquam ei ſatisfieret, diſtrahente non per colluſionem emptor comparauerit: ſucceſſor [u] eius de ſuperfluo [x] non emptoris hæres, qui rem poſſidet, conueniendus eſt. S. XVI. Kalen. Ian. Nicomediæ CC. Coſſ.

## DE LVITIONE [y] PIgnoris, Tit. XXXI.

1. Impp. *Seuerus* & *Antonin.* AA. Antiochiæ.

QVi pro parte hæres extitit: niſi [z] totum debitum exoluat, ſuam portionem ex pignoribus recipere non poteſt. PP. 3. Kalend. Aprilis, Albino & Æmiliano Conſſ. 207.

[a] Denunciatio debitoris illegitima, pignoris venditionem non impedit.

[b] *dixi ad l. 5. ſ. de diſtrac. pignor.*

[c] *dixi ad l. 6. ſ. de diſtract. pignor. adde l. 2. j. de fideiuſſorib. l. 25. §. 13. ff. familia. l. 9. §. 3. ff. de pignorat. l. 85. §. 6. ff. de verb. oblig.*

[d] *adde 4. ſup. de vſuris.*

[e] Illegitima denunciatio debitoris nõ cõſtituit emptorem pignoris in mala fide. vel, nõ facit rem litigioſam *l. 1. j. de litigioſ.*

[f] *l. 4. j. l. 4. l. 7. ſup. de diſtract. pign.*

[g] Debitori in emptorẽ malę fidei reſtituitur in rẽ actio, creditore qui pignus vendidit non idoneo *l. 3. j. eo.*

[h] *l. 28. in fin. ff. de reſcind.* Imò emptori malæ fidei pretium offerri non oportet, cùm pretiũ amittere debeat *v. l. 27. j. de euict.*

[i] id eſt non obſeruatis ſolennitatibus *l. 4. j. eod. l. 2. ſupr. ſi propt. public. penſit. l. 3. ſupr. ſi aduerſ. fiſc.*

[k] *v. Cuiac. 7. obſ. 26. in fin.*

[l] Debitor eiuſve hæres pignus non iure diſtractũ vindicare poteſt, niſi ſit vſucaptum, quo caſu venditor de pretio tenetur.

[m] *v. l. 1. j. de luit. pign.* [n] Creditor chirographarius in præiudicium creditoris hypothecarij pignus vendere non poteſt *v. l. 2. ſ. de his qui in prior. cred.* [o] Pignus a creditore iure venditũ debitor non euincit. [p] Effectus iuſtæ emptionis. [q] Nummis vxoris pignus adquiſitum, non eſt vxoris *adde l. 26. ſ. de pign.* [r] Iuſta eſt conuentio, Si conuenerit vt quod ex venditione pignoris redegerit creditor, creditor id omne ſibi habeat *vt hic* propter incertum euentum venditionis (quem rectè ſortem haſtarum vocat lex pen. *C. Theo. de prædiis. naut.*) ſicut è contrario, vt ſi vel minimum redegerit eo ſit cõtentus in crediti vicẽ *l. 15. §. 3. ff. de re iud.* at non ita pactum legis commiſſoriæ in pignoribus admittitur *v. j. de pactis pig.* & *l. com.* [s] puta ſuperfluo precij. Emptum ex hyperocha, ſeu precij vẽditi pignoris ſuperfluo, non eſt debitoris. [t] Superfluũ debitori ſeruari debet *l. vlt. §. 5. j. de iur. dom.* & reddi *l. 24. §. 2. in f. ff. de pign.* [u] Quid ſi ex hyperocha fœneret, aut ea ſit vſus? vſuras præſtat *l. 6. in fi. ff. de pign.* quẽadmodum ſi tardius idem ſuperfluum reddat *l. 7. d. tit.* [x] Debitor venditionem pignoris teſtamento impedire non poteſt *vt hic:* & *l. 113. §. 12. ff. de legat. 1. adde Cuiac. 5. obſ. 16.* [y] *l. 38. §. 3. ff. de legat. 3.*

[m] & ita dolo malo *l. 1. ſup. eod.* [n] id eſt minore pretio, [o] *v. l. 1. ver. quod ſi. ſuprà eod.* [p] Emptor fraudis particeps tenetur in ſubſidium, ſi creditor non eſt ſoluendo *d. l. 1. l. 4. j. eod.* [q] *v. Cuiac. 19. obſ. 28.* [r] id eſt omiſſis ſolennibus. id eſt indictionibus, adiectionibus, licitationibus vel ſi is vendidit qui ius vendendi non habuit. [s] diſcuſſo tamen priùs venditore. [t] *l. 3. ſuprà eodem.* [u] Actio de ſuperfluo datur in hæredem venditoris, non emptoris. [x] *l. 7. ſup. de diſtract. pignor.* [y] id eſt quib. modis pignus ſoluitur 22. *ff.* 6. eſt enim luere, ſoluere. Varro 4. & 5. *de lingua* hinc reluere, reſoluere *Feſt. in Reluere.* [z] *l. 16 ſuprà de diſtract. pignor. l. 8. §. 2. ff. de pignor. act.*

2. Imp. *Gordianus* A. Dominio.

INtelligere debes vincula pignoris durare [a] perſonali actione ſubmota. PP. 12. Kalend. Iun. Sabino & Venuſto Conſſ. 241.

*Soluto debito, vel aliter ſatisfacto, poteſt creditor pignoratitia conueniri. Bald.*

3. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Floro.

SI reddita [b] debita quantitate, vel rebus [c] in ſolutum datis ſiue diſtractis, & compenſato pretio, ſatis ei contra quem ſupplicas, factū eſſe adito præſide prouinciæ probaueris: vel ſi quód reſiduum [d] debetur, obtuleris, ac, ſi non acceperit, depoſueris conſignatum: reſtitui tibi res pacto pignoris obligatas prouidebit: cùm etiam edicto perpetuo actione propoſita, pecunia ſoluta creditori, vel ſi per [e] eum factum ſit quo minus ſolueretur: ad reddenda [f] ea quæ pignori acceperat, iure eum ſatis euidenter vrgeri, manifeſtum eſt. S. VI. Id. Octob. AA. Coſſ.

## SI VNVS EX PLVRIBVS HÆredibus creditoris vel debitoris [g] partem ſuam debiti ſoluerit vel acceperit,

### Tit. XXXII.

1. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. Tauro.

MANIFESTI & indubitati iuris eſt, defuncto creditore [h] multis relictis hæredibus, actionem quidem perſonalem inter eos ex lege [i] XII. tabularum diuidi: [k] pignus verò in ſolidum vnicuique teneri. Dat. 12. Kalend. Maij, ipſis AA. III. & IIII. Conſſ. 290.

2. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Claudiæ.

ACtio quidem perſonalis inter heredes [l] pro [m] ſingulis portionib. quæſita, ſcinditur. [n] pignoris aūt iure multis obligatis rebus, quas diuerſi poſſident: cùm eius vindicatio non [o] perſonam obliget, ſed rem ſequatur: qui poſſident, tenentes non pro modo ſingulatum rerum ſubſtantiæ conueniuntur, ſed in ſolidum: vt vel totum debitum [p] reddant, vel eo quod detinent, cedant. Subſcrip. V. Non.* Antiochiæ.

## SI PIGNORIS CONVENTIOnem numeratio [q] pecuniæ ſecuta non fuerit,

### Tit. XXXIII.

*Debitor poteſt creditorem qui pecuniam non numerauit, ad reſtitutionem pignoris conuenire. Sal.*

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Illaro.

SI pecuniam [r] tibi non eſſe numeratam, atque ideo fruſtra cautionem emiſſam adſeris, & pignus datum probaturus es, in rem experiri potes. nam intentio [ſ] dati pignoris, neque redditæ pecuniæ, non aliter tenebit, quam ſi de fide debiti conſtiterit. Eademque ratione veritas ſeruetur, ſi

[a] Quod hic dicit, Actione perſonali tempore ſublata durare poſſe hypothecariã, cōtra iuris principia eſt. Nā ſubducta principali non remanet hypothecaria v. *Cuiac.* 15.*obſ.*23. Sed coniungenda eſt hæc lex ſuperiori hoc modo, Debitori pignoris duo hæredes fuerint. ſi pro ſua parte ſoluerint, tollitur omni iure actio perſonalis, at nō hypothecaria, qua hæredes tenentur in ſolidū propter indiuiſam pignoris cauſam. *l.* 65.*ff.de euict.* *vid. Cuiac.* 5. *obſer.*32. Alijs quoq; etiam caſibus, finita etiam perſonali actione, durat hypothecaria, vt ſi creditor non merito cauſę, ſed merito & culpa ſua principalem litem amiſerit, forte quia malè inſtituit, plus petijt, iudicio non adfuit *l.* 30. §. 1. *ff. ad l. Aquil.* *l.* 27. *ff. de pignorib. l.* 95. §. 15. *ff. de ſolutionibus.* Nam in cauſa hypothecaria nullum ſimile vitium arguitur v. *Cuiac. hic.* [b] Soluto, ſatisfacto, aut compenſato debito, pignus petitur *vt hic leg.* 1. *ſuprà de pignorat. l.* 7. *de diſtract. pign. l.* 4. §. 1. *ff. de rebus credit. leg. vndecima*, §. 3. §. 5. *ff. de pignorat. l.* 11. §. 2. *ff. de pignorib. l.* 6. *ff. quibus mod. pignor.* §. *vltimo, Inſtitut. quib. mod.* re: ſed & inſtrumenta *lege vltima, ſuprà ad exhib. l.* 2. *ſuprà de condict. ex lege l. vlt. infrà de ſolutionib. l.* 18. *ff. ad exhibend.* [c] Res in ſolutum dari poteſt. [d] de reſidui oblatione. *adde l.* 9. *ſupra de pignorat.* [e] Mora factum repræſentat. [f] *l.* 1. §. 6. *ff. de obligationibus.* [g] *l.* 16. *ſupr. de diſtract. pignor. l.* 1. *j. de exceptionibus.* [h] De creditoris hæredibus, *adde l.* 11. §. 4. *ff. de pignor. act.* [i] *dixi ad leges XII. tab. lib.* 2. *titulo* 21. §. 2. §. 3. *l.* 25. §. 13. *ff. familiæ: adde l.* 6. *ſupr. familiæ.* [k] Perſonalis actio diuidua. pignoratitia, ſeu hypothecaria actio indiuidua *vt hic & leg.* 2. *j. eodem. lege ſexageſima quinta. ff. de euictionibus.* [l] debitoris ſc. [m] *v. l. primam. ſi cert.* [n] *dixi ad l.* 1. *ſuprà eodem. l.* 2. *s. de act. hæredit.* [o] Pignus non perſonam ſed rem ſequitur *lege* 18. *s. de pignorib.* [p] hæc lex pertinet ad hæredes debitoris, vt ſuperior ad hæredes creditoris. [q] adde titulum de non numerata pecunia: & de dote cauta non numerata. [r] *l.* 1. *ſup. de non num. pecun.* [ſ] id eſt exceptio, cuius ea fuit formula ἀλλ᾽ εἰ μὴ δέδωκας τὸ χρέος Græci hîc. hæc eſt exceptio dati pignoris, Creditor ex detentione pignoris numeratam à ſe pecuniam colligebat neque dum ſibi redditam a debitore. Concluſio eſt infirma. recurrendum eſt enim ad ipſam rei geſtæ veritatem. ideoque non continuò verus creditor cenſebitur qui pignus poſſidet.

te [a] poſſidente pignus, aduerſarius tuus agere cœperit. PP. Kal. Septem. Laterano & Rufino Conſſ. 198.

2. Imp. *Alexander* A. Peregrino.

SI (vt nunc adſeueras) nihil creditor numerauit vxori tuæ, quæ pignus dedit, ſed inanem [b] extorſit cautionem: mendaci ſcriptura contra fidem veritatis obligari eius res non poteſt. Sine die & conſule.

## DE IVRE DOMINII impetrando, †

### Tit. XXXIIII.

1. Imp. *Alexander* A. Nicolæ.

DOMINII iure pignora poſſidere deſiderás, nomina debitorum, quos in ſolutione ceſſare dicis, exprimere, & an ſolennia [c] peregeſti, ſignificare debuiſti: dummodo ſcias omnia bona [d] debitoris, quæ pignori dedit, vt vniuerſa dominio tuo generaliter addicantur, impetrare te non poſſe. PP. 14. Kal. Dec. Aug. Alex. III. & Dione Conſſ. 230.

2. Imp. *Gordianus* A. Iuſtæ.

SI creditor pignus iure dominij à noſtra [e] ſerenitate poſſidere petiit, & poſt formam reſcripti alio anno vſuras [f] à vobis accepit, à beneficio impetrato receſſiſſe videtur. PP. prid. Non. Decembr. Pio & Pontiano Conſſ. 239.

*Antiqua obſeruatione ſublata, debitor moneatur vt certo tempore ſoluat: quo elapſo, à principe dominium impetratur. Bart.*

3. Imp. *Iuſtinianus* [g] A. Demoſtheni præfecto prætorio.

VEtuſtiſſimam obſeruationem, [h] quæ nullatenus in ipſis rerum claruit documentis, penitus eſſe duximus amputandam, immo magis clarioribus remediis corrigendam. Igitur in pignoribus quæ iure dominij poſſidere aliquis cupiebat, proſcriptio [i] publica, & annus luitionis antiquitus introducti ſunt: pignus autem publicè proſcriptum neq; vidimus, neque (niſi tantummodo ex librorum recitatione) audiuimus. 1 ¶ Sancimus itaque, ſi quis rem creditori ſuo pignerauerit, ſi quidem in [k] pactione cautum eſt quemadmodum debet pignus diſtrahi, ſiue in tempore, ſiue in aliis conuentionibus, ea obſeruari, [l] de quibus inter creditorem & debitorem conuentum eſt. Sin autem nulla pactio interceſſerit, licentia dabitur fœneratori ex denunciatione [m] vel ex ſententia iudiciali, [n] poſt [o] bienniū ex quo atteſtatio miſſa, vel ſententia prolata eſt, numerandū, eã vendere. [p] 2 ¶ Sin verò nemo [q] eſt qui comparare eam maluerit, & neceſſarium fiat creditori ſaltem ſibi eam iure dominij [r] poſſidere: in huiuſmodi caſibus ‖hanc‖ cauſam eſſe obſeruandam cenſemus, vt ſiue præſens ſit debitor, denunciatio ei ſcilicet poſt biennium mittatur: ſiue abſuerit, prouinciale tribunal creditor petat, & iudicem certiorare [ſ] feſtinet, quatenus ille eum requiſierit, certo tempore ſuper hoc ab eo ſtatuendo: vt fiat debitori manifeſtum per apparitionem [t] iudicis, quod à creditore petitum eſt: & certum tempus ſtatuatur: intra quod ſi fuerit inuentus debitor, debet is qui pecunias creditas accepit, debitum offerre, & pignus recuperare. 3 ¶ Sin autem nullatenus fuerit inuentus, iudex certū tempus definiat, intra quod ei licentia dabitur ſeſe manifeſtare, & offerre pecuniam, & pignus à pignoratione liberare. Sin autē tēpore ſtatuto vel minimè fuerit inuentus, vel creditā pecuniā totam offerre noluerit: tūc creditor adeat culmen principale, & precibus porrectis, iure dominij ‖à noſtra ſerenitate‖ habere eādē rē expetat, habeatq; ex diuino oraculo eā in ſuo dominio. Et poſtquā hoc fuerit ſubſecutū, pietatis, ‖intuitu habeat debitor intra [u] biēnij tēp⁹ in ſuā rē humanū regreſsū, [x] ex die ſacri oraculi numerādū: & liceat ei creditori q iā dominus factus eſt, offerre debitū cum vſuris & damnis vitio eius creditori illatis: quorum quantitatem

[a] qui debitor diceris ſc. ideoque nuda conuētio pignoris, cauſæ pignoris conſtituti nō ſecuta, nihil operatur. [b] Inanis hypotheca eſt, pecunia non numerata. † v. Briſſoniū 4. *ſelect.* 9. Rebuffus monet ſolennia huius tituli nō obſeruari in Gallia *prohe. conſtit. gl.* 5. *num.* 103. [c] *leg.* 3. *j. eod.* his ſolennibus continetur denunciatio debitori facta *l.* 4. *s. de diſtract. pign. Paul.* 2. *ſent.* 13. §. 5. *l.* 78. §. 6. *ff. ad Trebell.* proſcriptio. *Plinius* 7. *epiſt.* 11. *l.* 3. *j. eo.* haſtarum ſolennitas. *adde l.* 6. *ſuprà de remiſſ. pign.* [d] Specialis hypothecæ dominium princeps poteſt addicere nō generalis. [e] *l. vlt. s. ſi in cauſ. indic. l.* 24. *ff. de pign. l.* 59. *ff. ad Trebell. l.* 63. *inf. ff. de adquir. rer.* [f] Dominio impetrato renunciat qui vſuras à debitore recipit *l.* 4. *ſup. de pactis int. empt. l.* 8. *s. de vſur. l.* 7. §. 1. *verſ. quoties in fin. ff. depoſiti.* Actu .n. contrario beneficium amittitur *l.* 2. *s. de his qui vi metúsve cauſa l.* 4. §. 2. *in fi. l.* 7. *ff. de lege commiſſ. l.* 13. *ff. de vſur.* [g] fit huius legis mentio §. 1. *Inſtit. quibus alien. licet.* [h] *dixi ad l.* 1. *ſup. eod.* [i] *Plinius* 7. *epiſt.* 11. *l.* 4. *s. de diſtract. pign.* [k] *l.* 4. *s. de pignorat. act.* [l] *d.* §. 1. [m] *Paul.* 2. *ſent.* 13. *ſup.* 5. [n] *v. l.* 1. *l.* 2. *s. ſi in cauſa iudic.* [o] Creditor, etiamſi nihil de eo conuenit poteſt pignus diſtrahere biennio poſtquam debitori denunciauerit, vel iudex pronunciauerit pecuniam ſolui. [p] de venditione pignoris. [q] *l.* 3. *ſup. de execut. rei iudic. l.* 2. *l.* 3. *ſuprà ſi in cauſa iud. l.* 15. §. 3. *ff. de re iudic.* [r] De dominij impetratione. [ſ] admouere. [t] per officia. [u] Non inuento emptore, creditori à principe ius dominij addicitur. ſed tamen intra biennium debitor ſoluta ſorte & vſuris id recipere poteſt. [x] de luitione pignoris.

credi-

creditor debet ſuo iuramento [c] manifeſtare, & ſuum pignus recuperare. Sin autem biennium fuerit elapſum, pleniſſimè habeat rem creditor idemq́; dominus iam irreuocabilem factam. 4 ¶ Sed ſi quidem minus [b] in pignore, plus in debito inueniatur: in hoc quod noſcitur abundare, ſit creditori omnis ratio integra. Sin autem ex vtraque parte quantitas æqua [c] inueniatur: ſine omni dubitatione totam rem antea pignoratam retineat. Sin autem minus [d] quidem in debito, amplius [e] autem in pignore fiat: tunc in hoc quod debitum excedit [f], omnia debitori iura integra lege noſtra ſeruabuntur: creditorib. quidem fœneratoris non ſuppoſitum, alijs autem debitoris creditoribus vel ipſi debitori ſeruatum. Et ne ex communione fiat aliqua difficultas, licentia dabitur creditori, ſeu domino, æſtimationem ſuperflui debitori vel creditori debitoris cum competenti cautela in eum exponenda offerre [g]. 5 ¶ Sin verò creditor poſtquam iure dominij hoc poſſideat, vẽdere hoc maluerit: liceat quidem ei hoc facere: ſi quid autem ſuperfluum ſit, debitori ſeruare [h]. Sin autem dubitatio exorta fuerit pro venditione, vtpote viliore pretio facta, ſacramẽti [i] religionem creditor præſtare compellatur, quòd nulla machinatione vel circumſcriptione vſus eſt, ſed tanti [k] vendiderit rem, quanti potuerit venire: & hoc tantummodo reddi debitori quod ex iuramento ſuperfluum fuerit viſum. Sin autem ex iureiurando ‖etiam‖ minus habuiſſe creditor inueniatur: in reſiduum habeat integram actionem. 6 ¶ Aeſtimationem autem pignoris, donec apud creditorem eundemq́; dominum permaneat, ſiue amplioris ſiue minoris quãtum ad debitum quantitatis eſt, iudicialis eſſe volumus diſceptationis: vt quod iudex [l] ſuper hoc ſtatuerit, hoc in æſtimationem pignoris obtineat. Dat. 15. Kal. April. Conſtan. Lampadio & Oreſte VV.CC. Coſſ. 530.

## DE PACTIS [m] PIGNORVM ET DE lege commiſſoria [n] in pignoribus reſcindenda,

### Tit. XXXV.

*Lex commiſſoria in pignoribus nihil operatur.*

1. Imp. *Alexander* A. Victorino.

QVI pactus eſt, niſi [o] intra certum tempus pecuniam quam mutuam accepit, ſolueret, ceſſurum ſe creditoribus, hypothecæ venditionem non contraxit [p]: ſed id comprehendit, quod iure ſuo creditor in adipiſcendo pignore habiturus erat. Communi itaq; iure creditor hypothecam vendere debet. PP. Id. Octob. Alexandro A. Coſ. 223.

*Pactum quod ſi res vendita non euincatur, alia res pro ea obligata debitori reddatur, eſt validum & ſeruandum. Bald.*

2. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Dionyſio.

SI fundi nomine quem vendideras, emptori ab alio mota proprietatis quæſtione, alterum fundum pro eius euictione pignoris hypothecæve titulo emptionis inſtrumentis ea lege dediſti, vt [q] quem ſecundo tradideras, ſi is quem vendideras, euictus non fuerit, obtineas: de hoc contra eum qui mouerat quęſtionem lata ſententia: emptori parata ſecuritate circa eum quem obligaueras reſtituendum: conuentionis fidem impleri (ſi negotium integrum eſt) præſes iubebit. S. Kal. Decemb. Sirmij, AA. Coſſ.

3. Imp. *Conſtantinus* A. ad populum.

QVoniam [r] inter alias captiones [s] præcipuè commiſſoriæ ‖pignorum‖ legis creſcit aſperitas, placet infirmari eam, & in poſterum omnem eius memoriam aboleri [t]. Si quis igitur tali contractu laborat, hac ſanctione reſpiret, quæ cum præteritis [a] præſentia quoq́; repellit, & futura prohibet. Creditores enim re amiſſa iubemus recuperare quod dederunt. Data 2. Kal. Febr. Serdicæ, Conſtant. A. VII. & Conſtantio Cæſare Coſſ. 354.

[a] Creditor, expenſas à ſe factas in pignore, iuramento definit.
[b] Si minus in pignore plus in debito *adde leg. 10. ĩ. de obligationib.*
[c] ſi tantum in pignore, quantum in debito.
[d] Si minus in debito, plus in pignore v. *l. 42. ff. de pignorat. l. vlt. ĩ. de diſtract. pignor.*
[e] Quid ſi in fundo ita addicto creditor theſaurũ inueniat? v. *l. 63. in fin. ff. de adq. rer. dom.*
[f] Superfluum pretij creditori non eſt obligatum.
[g] v. *d. l. 42.*
[h] v. *l. vlt. ſupr. de diſtr. pign.*
[i] De iuramento creditori delato *adde §. 3. ſupr. eod.*
[k] id eſt, iuſto pretio.
[l] Iudex æſtimationem pignoris definit.
[m] de quibus quædam dixi *ad l. vlt. ĩ. de diſtract. pign. adde 20. ff. 1.*
[n] *3. C. Theod. 1. facit 18. ff. 3. Paul. 2. ſent. 13.* quæ & fiduciaria. Fiducia dominiũ trãsfertur in creditorẽ, nõ pignus *l. 35. in f. ff. de pignor. Iſido. 5 Etym.* Fiducia famoſa *Cicero pro Flacco.* In Lõgobardis legibus fiduciæ fit mentio *l. 3. de don. qua cum thing. l. 2. ĩ. de probib. alien. min. & C. Theo. l. 9. C. de infirmand. his quæ ſub tyranni.* Sidonius *lib. 4* Pecuniam mutuam poſtulauit, nihil quidem loco fiduciæ pignoriſve vel argenti ſequeſtrans vel obligans prædiorum. Ambroſius *c. 12. de Tobia* fiduciam vocat.
[o] Pactum legis commiſſoriæ *l. 2. ff. de lege commiſſ.* pignoribus alienũ vt *ĩ. eod.* quid his verbis intelligitur? hoc ſc. non vt creditor pignus habeat emptionis iure. ſed vt id creditor iure ſuo diſtrahat vt *hic.* vnde colligunt: Pactum potius interpretari ſuperfluum eſſe quam iuri contrarium.
[p] v. *l. 4. ĩ. de pign.*
[q] Cùm rei quam tibi vendideram fieret tibi controuerſia, pignus dedi. aduerſus actorem iudicatũ eſt. pignus vtiq; iure poſſum petere, vt ceſſante cauſa propter quam pignus datum eſt, pignus reddi oporteat.
[r] v. *l. vn. C. Theod. eo.*
[s] Captioſa lex commiſſoria in pignoribus. Lex ea fuit, vt ſi ad diem pecunia ſoluta non eſſet, pignus creditor ſibi haberet, id eſt, perpetuo iure apud creditorem remaneret. cui conuentioni fraus inerat maximè, quoties pro ęre modico debitor ſupponebat pretioſa monilia.
[t] Aboletur lex pignorum commiſſoria vt *hic:* Aboletur eadem in Feudis *1. Feud. 29.*

## DE EXCEPTIONIBVS [b] SEV [c] præſcriptionibus [d],

### Tit. XXXVI.

1. Imperator *Antoninus* Auguſtus Claudio.

DEBITORES quidem hæreditarij vnicuiq́; hæredum pro portione hæreditaria, antiqua lege [e] obligati ſunt. Sed ſi eis hæredibus omnem pecuniam exoluiſti, quibus nomen [f] patris tui teſtator in diuiſione adſcripſerat [g], doli mali exceptione [h] aduerſus alios [i] agentes tueri te potes. PP. Kalen. Aug. Duobus & Aſpris Coſſ. 213.

*Exceptio rei iudicatæ non obſtat ei, contra quem non eſt pronunciatum.*

2. Idem A. Iulio.

PRo portione tua, qua domum ad te pertinere dicis, ſi iudicatum non eſt, actionem dirigere potes. Nam exceptio rei iudicatæ ei [k] demum obſtat, vel ſucceſſoribus eius, inter quos cognitum ſuper ea re & pronunciatum eſt. PP. 15. Kal. Martij, Antonino A. IIII. & Balbino Coſſ. 214.

3. Idem A. Vitali.

ADuerſus fratrem tuum quondam tutorem legitimum tutelæ iudicio ſi expertus non es, propoſita actione conſiſte, nec timueris exceptionem pacti, ſi in ea fraudem [l] dolumq́; admiſſum probare [m] potes. nam replicatio [n] doli oppoſita [o], bonæ fidei iudicium facit, & commentum fraudis repellit.

4. Imperator *Alexander* A. Iuliano, & alijs.

CVm [p] nondum [q] finitam ſententia cauſam, ſed dilatam allegetis: non eſt dubium, omnes integras defenſiones ‖vobis‖ eſſe. PP. Non. Octob. Maximo II. & Æliano Coſſ. 224.

5. Impp. *Diocletianus & Maximianus*, AA. & CC. Baſilio.

LIcet *Vnde vi* interdictum intra [r] annum locum habeat, tamen exceptione [s] perpetua ſuccurri ei, qui per vim expulſus poſt retinuit poſſeſſionem, auctoritate iuris manifeſtatur. S. Kal. Maijs, Trallis, AA. Coſſ.

6. Ijdem AA. & CC. Helenæ.

SI pactum interceſſit, in exceptione [t] ſine temporis præfinitione de dolo replicare potes. S. Kal. Septembr. Viminacij, AA. Coſſ.

7. Ijdem AA. & CC. Menandro.

SI ex maiore debiti quantitate minor tibi ſoluta eſt, nec liberationẽ debitori tuo præſtitiſti: petere, quod [u] non probatur redditum, contra exceptionem pacti replicatione [x] tuam adiuuans intentionem, minimè prohiberis. S. II. Kalend. Mart. CC. Coſſ.

*Exceptio peremptoria poteſt opponi quãdocunq, priuſquam feratur ſententia definitiua. Bald.*

8. Ijdem AA. & CC. Aurelio.

PRæſcriptionem peremptoriam [y], quàm ante [z] conteſtari ſufficit, omiſſam, priuſquam ſententia feratur, obijcere quandoq; licet. S. 15. Kalend. Nouemb. CC. Coſſ.

9. Ijdem AA. & CC. Mutiano.

SI quidem intentionem actoris probatione [a] defi-

[a] Lex ad præſentia & futura pertinet *l. 7. ĩ. de legibus* interdum trahitur ad præterita vide *l. vni. ĩ. de contractib. iud.*
[b] *dixi ad 44. ff. 1.*
[c] id eſt *Et.* eſt enim idem exceptio & præſcriptio.
[d] *d. loco.*
[e] duodecim tabularum ſ. *dixi ĩ. ſi vnus ex plurib. & ad leg. 12. tabul. lib. 2. titu. 21. §. vlt.*
[f] Quod vnus hæredum ſoluit teſtatoris mandato, à cohæredibus eo nomine exigi nõ poteſt.
[g] id eſt, præbuerat.
[h] vt qui defuncti voluntatem impugnent.
[i] cohæredes.
[k] v. *l. 1. ĩ. ſi res int. alios iud.*
[l] Pactum fraudulentum exceptionẽ nõ parit v. *l. 5. ĩ. de inutil. ſtip.*
[m] *l. 18. §. 1. ff. de probationib.*
[n] Actioni tutelæ quæ bonæ fidei eſt, exceptio & replicatio doli ineſt. *l. 21. ff. ſolut. l. 84. §. 5. ff. de legat. 1. leg. 71. ff. de furt.*
[o] Doli exceptio oppoſita bonæ fidei iudicium facit, Dorothæus, ἐν τῷ πλάτει legis Sei. *ff. de donationibus cauſa mortis.* Sed reprehenditur ab alio interprete Græco *lib. 47.* βασιλικῶν. defenditur a Cuiacio *3. obſeru. 17.*
[p] *leg. 8. ĩ. eodem. l. 2. ſupr. ſentent. reſcindi non poſſe.*
[q] Diuturnus iudicij tractus peremptorium non excludit, ſed exceptio rei iudicatæ.
[r] *leg. 2. ſupr. vnde vi: l. 1. ff. de vi & vi.*
[s] Quæ annua ſunt ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum. *adde l. 6. ĩ. eod. l. 7. § 5. ſupr. de præſcrip. triginta ann.*
[t] de dolo actio, temporalis *l. 30. in fin. ff. de peculio.* exceptio de dolo perpetua vt *hic.*
[u] Pactum, *Nihil amplius peti*, reſtringitur ad eas tantum quantitates quæ verè ſunt ſolutæ. *adde l. 24. l. 31. ſup. de tranſact. l. 13 ſupr. de furtis: l. 6. l. 13. ſupr. de ſolutionibus. l. 66. §. 3. ff. de condict. indeb.*
[x] Replicatio non ſolutæ pecuniæ aduerſus pactum de non petendo, nimis generalis.
[y] quæ ſemper agentibus obſtat, ſemper rem de qua agitur perimit *§. nono, Inſtit. de exceptionibus: leg. 3. ff. de exceptionibus.*
[z] Peremptoria exceptio ante definitiuam ſententiam, poteſt quandocunq; obijci poſt litem conteſtatam v. *l. 4. ſup. eodem.* dilatoria non poteſt *l. 12. ĩ. eodem.*
[a] Si reus eſt certus actorem non probaturum, negatio ſufficit, nec eſt neceſſaria exceptio. *adde l. 4. ĩ. de edendo: leg. 9. ſupr. de obligationibus: leg. 2. ĩ. de probationibus.*

cere confidis, nulla tibi defenſio neceſſaria eſt. Si verò de hac confitendo[a], exceptione te munitum aſſeueras, de hac tantum agi conuenit. Nam ſi etiam de intentione dubitas: habita exceptionis conteſtatione, tunc demū, cum [b] intētionem ‖ſuam‖ ſecundum aſſeuerationem ſuam petitor probauerit, huic eſſe locum monſtrari conuenit. S. 3. Non. Nou. Burtadizi, CC. Coſſ.

10. Ijdem AA. & CC. Aquilinæ.

NOn exceptionibus [c] actores, quibus reis auxilium tribuitur certis ex cauſis, ſed replicationibus [d] ſuam intentionem, ſi quam habeant, muniant. S. Kalen. Decemb. Nicomediæ, CC. Coſſ.

11. Ijdem AA. & CC. Neoni.

DEfenſiones ſiue exceptiones ad [e] interceſſores extendi, quibus reus principalis integro manente ſtatu munitus eſt, conſtat.

*Punitur temerarius aduocatus, qui patrocinium præſtat de exceptione præpoſtera.*

12. Imp. *Iulianus* A. ad Iulianum comitem Orientis.

SI quis aduocatus inter exordia litis prætermiſſam dilatoriam [f] præſcriptionem poſtea voluerit exercere, & ab huiuſmodi opitulatione ſubmotus, nihilo minus perſeueret, atque præpoſteræ defenſioni inſtiterit: vnius libræ auri condemnatione multetur. Dat. 7. Id. Mar. Antiochiæ, Iuliano A. IIII. & Salluſtio Coſſ. 363.

13. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Symmacho proconſuli Africæ.

PRæſcriptiones [g] fori [h] in principio ‖litis‖ à litigatoribus opponendas eſſe, legum decreuit auctoritas. Datum 5. Kalend. Septembr. Rauennæ, Honorio X. & Theodoſio VI. AA. Conſſ. 415.

## DE [i] LITIGIOSIS, †
## Tit. XXXVII.

1. Imperatores *Seuerus & Antoninus* AA. Paulinæ.

CVM creditor pignus vendit, non poteſt videri litigioſæ rei emptio contrahi, etſi debitor interdicat [k], ne venditio perficiatur. PP. Kal. Maij, Apro & Maximo Conſſ. 208.

*Authen. ex Nouell.* 112. *c.* 1.

*LItigioſa [l] res eſt de cuius dominio cauſa mouetur inter poſſeſſorem & petitorem, iudiciaria conuentione vel precibus principi oblatis, & iudici inſinuatis, & per eum futuro reo cognitis.*

*Actio mota in iudicio, lite pendente in alium non poteſt transferri.*

2. Imp. *Conſtantin.* A. ad prouinciales.

LIte [m] pendente actiones, quæ in iudicium deductæ ſunt, vel res pro quibus actor a reo detētis intendit, in coniunctam perſonam vel extraneam donationibus, vel emptionibus, vel quibuſlibet alijs contractibus [n] minimè transferri ab eodem actore [o] liceat: tanquam ‖ſi‖ nihil factum ſit, lite nihilo minus peragenda. Datum Kalend. Martij, Baſſo & Ablabio Coſſ. 331.

*Vbi legatur res quæ alienari non poteſt propter iudicium præcedens, debetur æſtimatio. Bald.*

3. Imppp. *Gratian. Valentinian. & Theodoſ.* AAA. Tatiano præf. prætor.

QVicunq; rem litigioſam, vel ambiguum chirographum, quodlibet deniq; mobile vel immobile fiſco noſtro, vel potentiori, ſeu alijs perſonis in teſtamento ſiue codicillo legauerit † fideíve commiſerit, aut per hæreditatem reliquerit, nullam fiſcus noſter vel alia perſona licentiam habeat iurgiorum, nec iudicium ſubeat: ſed æſtimatio eius litis ineatur, præſtanda his quibus actiones vel res litigioſæ relictæ ſunt. Eandē litem ipſi hæredes peragant, ſuarum actionū periculo ea quæ litigioſa fuerant relicta, vidicantes. Quod & de chirographis placet, vt hæredes relictorum fiſco vel alijs perſonis præſentem pecuniam numerent, & iudicio eos quos obnoxios exiſtimant, perſequantur. Dat. 15. Kalend. Iul. Theſſalonicæ. Item rurſus Conſtantinop. XIII. Kalend. Ianuar. Gratiano V. & Theodoſio AA. Coſſ. 380.

4. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

CEnſemus, ‖vt‖ ſi quis lite pendente vel actiones vel res quas poſſidet, ad alium quendam transtulerit, ſiue ſcientem, ſiue ignorantem, vitio litigioſi contractus ſubiacere: diſtinctione quadam inter contrahentes obſeruanda, vt ſi quis ſciens vel ad venditiones [a], vel ad donationes, ſeu ad alios contractus acceſſerit, cognoſcat ſe compellendum non tantum rem redhibere, ſed etiam pretio eius priuari, non vt lucro cedat ei qui rem alienauit, ſed vt etiam alia tanta quantitas ab eo fiſci [b] iurib. inferatur. 1 ¶ Sin autem ignorans rem litigioſam emerit [c], vel per aliam ſpeciem contractus eam acceperit: tunc irrita rei alienatione facta, pretium cum alia tertia parte recipiat. Iuſtum eſt etenim propter doloſam mentem, & abſconditam machinationem, cùm non emptori manifeſtauerit rem in iudicium deductam fuiſſe, ‖in‖ tertia parte pretij (ſicut iam etiam diſpoſuimus) eum puniri: Tali videlicet pœna non ſolum in alijs contractibus, verumetiam in donationibus [d] porrigenda: vt vera æſtimatione facta, cum pretij datio non eſt, rem ad alium transferens, multetur: omnibus inſtrumētis quæ ſuper hoc conficiuntur, nullam vim obtinentibus: exceptis videlicet huius ſanctionis diſpoſitione his, qui vel dotis nomine, vel ante nuptias donationis, vel tranſactionis, aut diuiſionis rerum hæreditariarum factæ †, vel per legati †, vel per fideicommiſſi cauſam tales res vel actiones dederint, vel acceperint. Dat. 15. Kalend. Nouemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. an. ſecundo. 532.

*Authen. ex Nouell.* 112. *cap.* 1.

*NVnc ſi hæres in lite victor extiterit, rem ipſam cuius dominus eſſe apparet, legatario præſtet: qui nihil † conſequitur, ſi victus fuerit hæres, cum litis euentus ei videatur relictus. Igitur liti adeſſe poteſt, ne colludatur.*

## DE CONTRAHENDA & committenda ſtipulatione [e],
## Tit. XXXVIII.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus*, AA. Secundo.

LICET epiſtolæ [f] quam libello inſeruiſti, additum non ſit, ſtipulatum eſſe eum, cui cauebatur: tamen ſi res inter præſentes geſta eſt, credendum [g] eſt præcedentem ſtipulationem vocem ſpondentis ſubſecutam eſſe. Accepta 17. Kalend. Maij, Seuero II. & Victorino Coſſ. 201.

2. Ijdem AA. Petronio.

SI filiæ [h] tuæ, quam in poteſtate habebas, pecuniam dari ſtipulatus es: paratam obligationem exercere non prohiberis. PP. Non. Nouembr. Fauſtino & Rufino Coſſ. 211.

*Stipulatio directa in perſonam abſentis nihil valet, ſed quæritur obligatio ſtipulanti. Bart.*

3. Imperat. *Antoninus* Auguſtus, Hadriano.

SI cùm pecuniam tuam crederes accommodato nomine Iuliani, ſtipulatio in perſonam eius abſentis [i] directa eſt: cum nihil ſit actum ea verborum conceptione, intelligis ſuperfuiſſe [k] tibi rei contractæ obligationem. ac propterea ſi pecuniam à debitore tuo Iulianus exegerit [l], eamque ſolutionem ratam habuiſti: habes aduerſus eum negotiorum geſtorum actionem. PP. 6. Kalen. Mart. Præſente & Extricato Coſſ. 218.

4. Imperator *Alexander* Auguſtus Sabinæ.

SEcundum reſponſum Domitij [m] Vlpiani præfecti annonæ iuriſconſulti amici mei, ea, quæ ſtipulata eſt, cùm [n] moreretur, partem dimidiam dotis cui [o] velit

[a] cōſidendo. quidam ita legunt.
[b] non continuo fatetur qui excipit v. *l. 9. ff. eod.*
[c] Actor nō excipit ſed reus.
[d] v. Inſt. de replicationib. *in pr. l. 2. §. 1. 2. l. 22. in f. ff. eo.*
[e] Rei defenſio competit fideiuſſori *dixi ad l. 19. ff. eod. adde l. 16. l. 49. ff. de fideiuſſorib. §. 4. Inſtit. de replicationib.* An bonorum ad emptio debitore liberet an fideiuſſorem eius? *vide Cuiac. 15. obſer. 35.*
[f] Dilatoria exceptio ante litem conteſtatam opponenda *vt hic: & l. 19. §. de probat.* Atqui poſt litē conteſtatam peremptoriæ admittutur? *l. 8. §. eod.* Peremptoriȩ nō ſunt de iudicio cōſtituendo, ſed de cōſtituto finiendo: dilatoriȩ, de cōſtituendo. Cōſtituto iudicio præpoſtere agitur de eo conſtituēdo *adde Cuiac. 18. obſ. 34.*
[g] *l. 65. C. Theo. de appellat.*
[h] id eſt iudicis incompetentis *l. 52. ff. de iudicijs: l. 4. §. de iuriſd. omn. iud. adde Nouell. 53.*
[i] de exceptione litigioſi v. Oldendorp. *c. 20. de excep.* † *44. ff. 6. dixi ad Nouel. 112. adde 4. Cod. Theod. 5.* περὶ ἐπιδίκων τουτέστιν ὧν ἡ δεσποτεία φιλονεικεῖται 27. *Eclog. 1. adde quæ dixi ad leg.* XII. *tabul. lib. 2. tit. 4. & leg. 22. 23. § mandati.* Hodie in Gallia res litigioſa vendi poteſt dixi ad *d. l. Nou.* 12.
[k] Prohibitio debitoris rem litigioſam nō facit *l. 1. l. 2. ff. eod. l. 2. §. de diſtr. pign. adde l. 2. §. debit. pign. vend. imp. non poſſe. adde l. 3. ſup. ſi antiq. cred.*
[l] Litigioſa res quid.
[m] *l. vn. C. Theod. eod.* Pendente lite facta alienatio, rem vitio litigioſi adficit.
[n] excipe caſum *l. 3. l. vlt. j. eod.*
[o] ex reo *l. vlt. j. eod. l. vlt. ff. de alienat. iud. l. 13. ff. familiæ l. 1. l. 22. ff. de iure fiſci.*
† Re litigioſa legata, fideicommiſſa, teſtamentóve relicta debetur æſtimatio *vt hic.* Imò res ipſa *l. 4. in f. j. eod.* vtrumq; abrogatum eſt hodie, ſolus enim litis euentus debetur *Nouell. 112. c. 1.*

[a] Venditor aut donator rei litigioſæ, pretium rei amittit & aliud tantundem fiſco prȩſtat.
[b] Imò emptoris *l. 3. inf. ff. eod.*
[c] emens ſciēter rem litigioſam, prȩtium amittit: ignoranter, pecuniam repetit, & id vltra tertiam partem alienatione irrita manente.
[d] Donatio non eſt contractus.
† *dixi ad leg. penult. §. eod.*
† & ita reſtringitur *d. l. pen.*
[e] huic titulo reſpōdent tituli de verborum obligationib. *dixi ad 45. ff. 1.*
[f] *vide l. penult. j. eodem. leg. 30. l. 134. §. pen. ff. eod. §. 16. Inſt. de inutil. ſtipul. §. vlt. Inſtitu. de fideiuſſorib.*
[g] *d. l. 30. l. 134. d. §. 16. d. §. vl.*
[h] Pater filio in poteſtate poſito ſtipulādo, videtur ſibi ipſi ſtipulari & ſibi adquirere *v. leg. 39. ff. eod.*
[i] Alteri nemo ſtipulatur *l. 38. §. 17. ff. eod.*
[k] Cum duo contractus vniuntur, vnus vtilis, alter inutilis, agitur ex vtili *leg. 9. §. 4. ff. de reb. credit. l. 46. ff. ſoluto: adde l. 126. §. 2. verſic. ff. de verbor. oblig.*
[l] Qui pecuniam alteri exigit, negotiorum geſtorum actione tenetur.
[m] nota de Vlpiano.
[n] *l. 45. §. 1. ff. eo. §. 14. Inſtit. de inutilibus ſtipulat.*
[o] Cui moriens dotem reliquero, eidem dotem dare ſpondes? Mulier inteſtata mortua eſt, aut certè dotē nulli reliquit. Quid iuris? videtur mulier hæredi ſuo ſtipulata *vt hic.* Inteſtata quoq; muliere ſtipulatio committitur *l. 25. in f. ſupr. de iure dot.*

relinque-

relinquere: reddi ſibi, cùm moreretur, eam partem dotis ſtipulata videtur. PP. 2. Kal. April. Alexandro A. Coſ. 223.

5. Impp. *Diocle. & Maximian* AA. & CC. Iſidoræ.

NVda [a] pollicitatione, ſecundùm ea, quæ ſæpè conſtituta ſunt, [b] ad præſtanda ea, quæ promiſerat, [c] vrgeri quenquam non ſemper iura permittunt. Verùm quoniam præterea ſi contra pactum fecerit, [d] quanti [e] ea res eſt dari tibi ſtipulanti [f] aduerſarium tuum promiſiſſe proponas: huiuſmodi etiam obligationis poſt motam litem extitiſſe conditionem [g], & eius ſummæ quæ in hac [h] quoq; ſtipulatione continetur, petitioni locum factum eſſe conuenit. S. V. Kal. Decemb. AA. Coſſ.

6. Ijdem AA. & CC. Erotio.

SCIre debuiſti, quæ ſub tranſactione dari placita ſunt, certi [i] vel incerti ſtipulatione ſubſecuta peti poſſe. S. 16. Kalend. Ianuar. Sirmij, AA. Coſſ.

7. Ijdem AA. & CC. Antonio.

NEq; tutoris [k] neq; curatoris abſentia quicquam ſtipulationi nocet: cùm & fœminam [l] minorem viginti quinq; annis abſente curatore ſtipulari [m] poſſe non ambigatur [n]. S. 16. Kal. Febr. CC. Coſſ.

8. Ijdem AA. & CC. Poſidonio.

NOn moriturum præſtari ſeruum, impoſſibilis [o] promiſſio eſt. Poſt [p] mortem autem eius ſtipulatus, rectè ſolutionem poſtulat. S. 12. Kal. Mart. CC. Coſſ.

*Metus mortis vel cruciatus corporis ſtipulationem vitiat. Bart.*

9. Ijdem AA. & CC. Capitoni.

SI quidem Zenoni ſtipulanti, mortis [q] vel cruciatus corporis territus timore ſpopondiſti: aduerſus experientem exceptione propoſita defendi potes. Sin verò nihil tale probetur, accuſationis [r] inſtitutæ vel futuræ prætextu, non ob turpem, ſed probabilē cauſam habita ſtipulatione, promiſſio non infirmatur. Sin autē ob [s] non inſtituendam accuſationem criminis pecunia promiſſa ſit, cùm de huiuſmodi cauſis paciſci nō liceat, petitio denegatur. S. 5. Id. Octob. Varuariæ, Cæſaribus Coſſ.

10. Imp. *Leo* A. Erythrio præfecto prætorio.

OMnes ſtipulationes, etiam ſi non ſolennibus [t] vel directis, ſed quibuſcumq; verbis conſenſu contrahentium compoſitæ ſunt, vel legibus cognitæ, ſuam habeant firmitatem. Datum Kalend. Ianuar. Conſtantinop. Martiano & Zenone Coſſ. 469.

*Stipulatio concepta per mortem, vel in morte, vel in mortis articulo, eſt valida de iure. Bal.*

11. Imp. *Iuſtinian.* A. Mennæ præf. prætor.

SCrupuloſam ‖veterum‖ inquiſitionē vtrum poſt [u] mortem, an cùm [x] moreretur, vel pridie [y] quam moreretur ſtipulatus ſit aliquis, vel in teſtamento legati vel fideicommiſſi nomine aliquid dereliquerit, penitus amputantes omnia, [z] quæ vel quocumq; contractu vel ſtipulati vel pacti ſunt contrahentes, vel teſtator in ſuo teſtamento diſpoſuit, etiam ſi poſt mortem vel pridie quam moreretur, ſcripta eſſe noſcuntur, nihilo minùs pro tenore contractus vel teſtamenti valere præcipimus. Datum 3. Idus Decembr. Conſtantinop. D. N. Iuſtiniano A. PP. II. Coſ.

*Dies interpellat pro homine, & per lapſum diei pœna committitur.*

12. Idem A. Mennæ præfecto prætorio.

MAgnam legum veterum obſcuritatem, quę protrahendarum litium magnam occaſionem vſque adhuc præbebat, amputantes, ſancimus vt ſi quis certo tempore facturum ſe aliquid vel daturum ſtipuletur [a], vel quæ ſtipulator voluit, promiſerit, & adiecerit quòd ſi ſtatuto tempore minimè hæc perfecta fuerint, certam pœnam dabit: ſciat minimè ſe poſſe debitor ad euitandam pœnam adijcere, quod [b] nullus eum admonuit: ſed etiam citra vllam admonitionem eidem pœnæ pro ſtipulationis tenore fiet obnoxius: cum ea quæ promiſit, ipſe in memoria [c] ſua ſeruare, non ab alijs ſibi manifeſtari [d] debeat poſcere. Dat. 9. Id. Apr. Conſtantinopo. Decio V. C. Coſ. 529.

13. Idem Auguſtus Iuliano præfect. prætor.

VEteris iuris altercationes decidentes, generaliter ſancimus [e] omnem ſtipulationem, ſiue in dando, ſiue in faciendo [f] ſiue mixta ex dando & faciendo inueniatur, & ad [g] hæredes & contra [h] hæredes tranſmitti, ſiue ſpecialis [i] hæredum fiat mentio ſiue non. Cur enim quod in principalibus perſonis iuſtum eſt, non ad hæredes & aduerſus eos tranſmittatur? Et ſic exiſtimentur huiuſmodi ſtipulationes, quaſi tantummodo in dādo fuerint cōceptæ, cùm nihilo minus & hæredes factum poſſint adimplere: illa ſubtili & ſuperuacua ſcrupuloſitate exploſa, per quam putabant non poſſibile factum [k] ab alio compleri, quod alij impoſitum eſt. Et quare, cùm penè [l] ſimilis omnium hominū natura eſt, non etiam facta omnes, vel plus, vel paulo minus adimplere poſſint: ne ex huiuſmodi ſubtilitate [m] cadant hominum voluntates? Dat. Kalend. Auguſt. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte VV. CC. Conſſ. 530.

*Statur inſtrumento donec contrarium probetur per ſcripturam, vel per teſtes bonæ opinionis & famæ. Bar.*

14. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

OPtimam quæſtionem, & frequenter in iudiciis verſatam, ſatis humanum eſt ſaltem in præſenti dirimere, ne diutius noſtram rempublicam moleſtare concedatur. In multis etenim contractibus & maximè in fœneratitiis cautionibus, ſolitum [n] eſt adſcribi, ſtipulationes per certos ſeruos celebrari: ſed quidam in deuotione tenti, ex hoc materiam altercationis acceperunt: & alij quidem non eſſe ſeruum adhibitum contendebant: alij verò non eius ſeruum eſſe, ad quem pertinere ſcriptura proteſtabatur. Et ſi non per ſeruum, ſed inter præſentes celebratam eſſe ‖rem‖ fuerat ſcriptum, & hoc iterum dubitabatur debere oſtendi partes eſſe præſentes. Cùm itaque ſatis vtile eſt [o] in contractibus & ſeruos adhiberi, & præſentes eſſe perſonas adſcribi, fortè propter perſonas dignitate excellas [p], vel mulieres (quas naturalis [q] pudor non omnibus perperam ſeſe manifeſtare concedit) ſancimus tales ſcripturas omnifariam eſſe credendas [r]: & ſiue adſcriptus fuerit ſeruus, & ad quādam perſonam dicitur pertinere, credi omnimodo & ſeruum adfuiſſe, & feciſſe ſtipulationem, & eam eſſe ſcripto domino adquiſitam: & non dubitari ſi ſeruus ipſe præſto fuerit, vel eius dominus pro quo ſcriptus eſt feciſſe ſtipulationem. Et ſi inter præſentes partes res acta eſſe dicitur, & hoc eſſe credendum: ſi tamen in [s] eadem ciuitate vtraq; perſona in eo die commanet in quo huiuſmodi inſtrumentum conſcriptū eſt: niſi is qui dicit ſeſe vel aduerſarium abfuiſſe, liquidis ac manifeſtiſſimis probationibus, & melius quidem ſi [t] per ſcripturam vel ſaltem per teſtes vndiq; idoneos, & omni exceptione maiores oſtenderit ſeſe vel aduerſarium ſuum eo die ciuitate abfuiſſe: ſed huiuſmodi ſcripturas propter vtilitatem contrahentium eſſe credendas. Dat. Kal. Nouemb. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

*Sicut promiſſio dandi facta cum promittens morietur, valet, ita promiſſio facti. Salyc.*

15. Idem Auguſt. Ioanni præfecto prætorio.

SI quis ſpoponderit inſulam, cùm moriebatur, ædificare [u] ſtipulatori, impoſſibilis veteribus [x] videbatur huiuſmodi ſtipulatio: ſed nobis ſenſum contrahentiū diſcutiētibus, veriſimile eſſe videtur hoc inter eos actum, vt incipiat quidem contra morientem obligatio, immineat autem hæredibus eius, donec ad effectum perducatur. Nemo enim ita ſtultus inuenitur, vt tali animo faceret ſtipulationem, vt putaret poſſe tantum ædificium in vno [y] momento horæ extollere: vel eum qui moritur, talem habere ſenſum, quòd ipſe ſufficeret [z] ad huius operis completionem. 1 ¶ Sancimus itaque, [a] ſi quid [b] tale euenerit, hæredes [c] eius teneri, vt factum quod mor-

[x] V. l. 10. s̄. de pactis.
[a] qua de re conſtituitur iuris regula l. 7. §. 5. in fin. ff. de pactis. & νόμιμον ψήφισμα dicitur a Leone Nouell. 72.
[c] quo verbo quid contineatur V. Cui. 15. obſ. 22.
[d] aduerſarius ſcil.
[e] V. l. vltim. ff. de ſtipul. prætor.
[f] Stipulatio pacto adiecta pactum confirmat. l. 27. l. 28. s̄. de pactis leg. 3. s̄. de rer. permut. l. 45. ff. de pactis. l. 15. ff. de tranſactio.
[g] quia iudicio cōmonitus aduerſarius pactum nō impleuit & ita ſtipulatio quāti res eſt ob litem non defenſam, non rem non defenſam, ꝑtinus cōmittitur: ſed lite conteſtata aut in ipſo articulo litis conteſtatæ & ipſa ſtipulatione l. 13. ver. proinde ff. iudicat. ſolui. V. Cuia. 19. obſ. 32.
[h] id eſt conteſtatam.
[i] V. Inſtitu. de verb. oblig.
[k] §. 9. Inſtitut. de inutilibus ſtipul. Inſtit. de auct. præſt. in pr. l. 1. s̄. de auct. præſt.
[l] aliud ius in maſculo pubere. poteſt enim is obligari l. 101. ff. eo. l. 1. j. de inutil. ſtip. datur tamen ei præſcriptio (id eſt) exceptio ſi deceptus ſit aut læſus l. 7. in fin. ff. de exceptionib. Nam lex 3. s̄. de in integ. ad venditiones pertinet V. Cui. 19. obſ. 33. [m] at non promittere Vlpian. 11. §. 27. [n] lege Lætoria id conſtitutum fuit V. Cuiac. 19. obſ. 33. [o] V. l. 35. ff. eod. [p] V. l. 45. §. 2. ff. eodem. §. 15. Inſtit. de inutilibus ſtipul. [q] Metus mortis vel cruciatus, ſtipulationem vitiat leg. 5. j. de inutilib. ſtipulat. §. 1. Inſtit. de exceptionib. l. 1. ff. quod met. cauſa. [r] Metus litis motæ vel mouendæ non vitiat ſtipulationem l. 10. s̄. de his quæ vi met. [s] adde l. 18. ſupr. de tranſact. [t] quænam verba ſolennia & directa eſſent vide §. 1. verſ. ſed hæc ſolennia Inſtit. de verbor. obligat. adde quæ notaui ad l. 1. §. 2. ff. eod. [u] l. 45. §. 2. §. 2. ff. eod. §. 12. & 15. Inſtit. de inut. ſtipul. l. 20. ff. de iure dot. [x] l. 4. s̄. eod. §. 14. Inſtit. de inutilib. [y] d. §. 12. verſ. ſed & ſi quis. [z] obſerua regulam adde l. vn. ſupr. vt act. ab hæred.

[a] ſtipulatori Hal. Stipulatori aliiſve quem ſtipulator voluit ꝓmiſerit, &c. V. Cuia. 19. ob. 37.
[b] Vbi dies interpellat, pœna cōmittitur l. 23. ff. eo. adde l. 4. ff. de l. cōmiſſ. l. 18. de vſur. alias, ibi nulla mora eſt, vbi nulla eſt petitio l. 127. ff. eod.
[c] facti ꝓprij ignorantia non excuſat.
[d] Certiorari nō debet qui nō ignorauit l. 1. in fi. ff. de act. empt. c. 31. de regul. in 6. adde l. 43. §. 1. ff. de contrah. empt.
[e] Obligationes dandi vel faciendi, vel ex vtroque mixtæ, hæredibus & in hæredes cōpetunt.
[f] l. 2. ff. eod.
[g] Cur ita? V. l. 9. in fin. ff. de probationib.
[h] l. 133. ff. eod.
[i] d. l. 133.
[k] Hodie factū per aliū impleri pōt vt hic adde l. 5. ff. de duobus reis.
[l] non tamen verè. eſt enim inter artifices lōga differentia ingenij, naturæ, doctrinæ & inſtitutionis l. 31. ff. de ſolu. operæ non ſunt eædē V. l. 26. §. 12. de cōdict. inde. l. 12. ff. de leg. 3.
[m] Subtilitas nimia legibus odioſa.
[n] Cur ita? dixi de hac lege ad edictū Iuſtiniani 7. ca. 2. l. 5. §. 4. ff. de auct. tut.
[o] d. §. 4. d. c. 2.
[p] d. §. 4.
[q] Naturalis pudor in muliere. [r] Statur ſcripturæ, & inſtrumēto, niſi contrariū probetur l. 1. s̄. e. [s] præſumitur pro inſtrumēto, l. 18. s̄. de probat. §. 11. Inſtit. de inut. ſtip. [t] hinc colligūt Præſumi quēlibet ex ea eſſe ciuitate in qua reperitur V. Alc. 2. præſ. 15. [u] V. l. 3. in f. s̄. ſi minor ſe maior. [x] d. l. 13. [y] Promiſſio faciendi, cùm quis morietur vtilis eſt l. 13. s̄. eo. [z] Momēto ædificiū perfici non poteſt. [a] Morientis operæ morte finiuntur. [b] V. l. vn. s̄. vt actiones & ab hær. & cōtra.

tis tempore facere promiſit, hoc hæredes eius adimpleant quaſi ſpeciali hæredis mentione habita, licet hoc minimè fuerit expreſſum. Quemadmodum enim ſi in dando [a] concepta fuerit ſtipulatio, & contra hæredes transmittebatur: ita & ſi in faciendo eſt, licet in mortis tempore colligatur, attamen ad ſimilitudinem in dando cōceptæ ſtipulationis & hæredes obligari: vt non [b] diſcrepet factum à datione, ſed ſit lex noſtra per omnia ſibi cōſentanea. Quod & [c] in legatis ſimili modo relictis obſeruari cenſemus. Dat.15.Kal. Nouemb. Conſtantin. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. anno ſecundo. 532.

## DE INVTILIBVS[d] STIpulationibus.

### Tit. XXXIX.

1. Imp. *Anton.* A. Paulino.

EX ſtipulatione, in qua impubes [e] ſine tutore auctore ſpopondiſti, non es obligatus. PP. Kalend. Iul. Romæ, Læto II. & Cereale. Conſſ. 216.

2. Imp. *Alexand.* A. Menophilo.

LIbera [f] matrimonia eſſe antiquitus placuit ideóque pacta, ne [g] liceret diuertere, non valere, & ſtipulationes, quibus pœnæ irrogarentur ei, qui ‖quæve‖ diuortium feciſſet, ratas non haberi conſtat. PP. III. Non. Febr. Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

*Inter abſentes non poteſt contrahi ſtipulatio, nec alteri ſtipulari. Bart.*

3. Impp. *Diocl. & Maximia.* AA. & CC. Iſidoræ.

VT inter abſentes [h] verborum obligatio contrahi non poteſt: ita alteri [i] cuius iuri ſubiectus non eſt, aliquid dari vel rectitui (niſi ſua interſit [k]) nemo ſtipulari poteſt. Cum igitur defuncta in matrimonio filia tua, ſuperſtitis filij nomine partem dimidiam dotis à marito detineri, alteram verò partem nepoti tuo, vel ſi is in rebus humanis non eſſet, Iuliano reſtitui per pactum cōueniſſe proponas: præuentoq; morte nepote, etiam ſtipulationem ad Iulianum factam, ob abſentiam eius non valuiſſe ſignifices: ac propterea ex perſona ac ſtipulatione tua, qua reſtitui cuncta iuxta pactorum tenorem prouideras, reddi tibi deſideres: ſuper ſtipulatu [l] tuo adi præſidem prouinciæ: vt examinatis partium allegationibus, quanti [m] conſtiterit intereſſe tua iuxta placiti fidem dotis portionem Iuliano fuiſſe reſtitutam, ob incertæ actionis effectum concludat condemnationem taxatę quantitatis. PP. Idib. Decemb. ipſis IIII. & III. AA. Conſſ.

4. Ijdem AA. & CC. Dominæ.

EX eo inſtrumento nullam vos habere actionem ‖in quo‖ contra [n] bonos mores de ſucceſſione [o] futura interpoſita fuit ſtipulatio, manifeſtum eſt: cum omnia, quæ contra bonos mores vel in pactum vel in ſtipulationem deducuntur, nullius momenti ſint. PP. III. Kal. Maij, AA. Coſſ.

5. Ijdem AA. & CC. Aquilinæ.

DOlo [p] vel metu [q] adhibito, actio quidem naſcitur ſi ſubdita ſtipulatio ſit: per doli mali tamen vel metus exceptionem ſummoueri petitio debet. S.13. Kalend. Octob. AA. Conſſ.

6. Ijdem AA. & CC. Septimio.

SI auia veſtra ſibi & Euſtolio, quam mutuam dederat pecuniam, dari fuerat ſtipulata: nihil ei [r] cuius ſubiecta iuri non fuerit, quærere potuit. Sanè ſi ipſe, quod ei ſolui placuerat, in ſtipulationem ſuo nomine deduxerit, obligationem in eius etiam perſonam conſtitiſſe non ambigitur S.V. Kal. Octob. CC. Conſſ.

## DE DVOBVS[s] REIS STIPVLANdi, & promittendi,

### Tit. XL.

1. Impp. *Diocles. & Maximian.* AA. Paulinæ.

SI [t] duo pluréſve rei cuiuſdam traditione [u] conuentionem in ſolidum [x] inierint: cuicumq; eorum, quamdiu [x] res in eadem cauſa permanſerit: ſi caſus obtulerit, actio in ſolidum competit PP. III. Non. Decemb. Maximo II. & Aquilino Coſſ. 286.

[a] Ṽ.d.l.13.
[b] Non diſcrepat factum à datione.
[c] Extenſio cōtractuum ad legata.
[d] 3.*Inſtit.* 20.
[e] Quid ſi pubes? dixi *ad l.* 101.*ff. de Verbor. obligat. adde l.7.ſ.de contrah. emp.*
[f] Libera matrimonia eſſe oportet.
[g] Pactum *Ne liceat diuertere*, non valet *l.19.ff. de Ver. obligat. l.* 71. §.1.*ff. de condit. & demon.* In matrimonio nemo detinetur inuitus.
[h] *l.1.ff. eodem. Paul.5.ſent.§.2.l.3.ſ.de contrah.empt.*
[i] *l.Vlt.j.eod.* §.18.*Inſtit.eo. l.38.§.17.ff.de Verb. obligat.*
[k] §.19.*Inſtitu. eod.l.38.§.20. ff.de Verb.obligat.*
[l] Quoties de eo quod intereſt agitur, petitio incerta admittitur per ſententiam definiendum.
[m] quantum *V. quæ notaui ad l.Vlt. infi. ff.de ſtip.prǽt.*
[n] Stipulatio cōtra bonos mores inutilis *leg.6.ſ. de pactis.*
[o] De ſtipulatione mutuæ ſucceſſionis, ſeu ἀλληλοκληρονομίας dixi ad l.19. *l.* 30.ſ. *de pact.*
[p] *l.9.ſ. de pactis l.3.ſup. de except l.* 7.§.7.*ff. de pactis. l.36.ff. de Verbor.obl.§.1.Inſtit. de except.*
[q] *l.9.ſup. de cōtrah. & com. ſtipulat.*
[r] *l.3.ſup.eod.l.38.§.17.ff. de Verb.obl.*
[s] dixi ad 3.*Inſt.*17.45.*ff.*2.*Nouell.*99. [t] Cuiac.5.*obſ.*35. monet hanc legem delendam eſſe, non iniuſtè. Nam nec Accurſius nec veteres eam cognouerunt. Abeſt etiam à veteribus vt ille monet. [u] traditionem. quidam ita legunt, eo ſenſu, Duos eiuſdem rei vindicationem habere in ſolidum. quod eſt falſum. hoc potius innuitur, Re tradita ſi conuenerunt duo ſibi viciſſim aliquid in ſolidum dari vel fieri, ſingulos quærere in ſolidum. [x] Hæc etiam verba ſuſpecta Cuiacio videntur *d.loco.* Inde putat hanc conſtitutionem damnandam delendamq; eſſe.

2. Ijdem AA. Diogeni.

CReditor prohiberi non poteſt exigere debitum, cùm ſint duo rei promittendi eiuſdem pecuniæ, à quo † velit. Et ideo ſi probaueris te conuentū in ſolidum euoluiſſe, rector prouinciæ iuuare te aduerſus [a] eū cum quo communiter mutuam pecuniam accepiſti, nō cunctabitur. S.V. Kalend. Mart. Diocletiano III. & Maximiano AA. Conſſ. 287.

*Authen. ex Nouell. 99. cap. 1.*

HOc ita, ſi pactum fuerit ſpeciale, [b] Vnumquemque teneri in ſolidum: & ſi alter inops ſit in ſolidum, Vel in partem, Vt id ſaltem ab altero petatur: Vel ſi abſens ſit. Cùm enim ambo adſunt per iudicem producuntur, negotiumque communiter examinatur, & ſententia communiter infertur. quod fiet per adminiſtratorem, ſi iudex ſit delegatus. Sin autem non conuenerint ſpecialiter, ex æquo ſuſtinebunt onus. Sed & ſi conuenerint, Vt Vterq; eorum ſit obligatus: ſi ambo præſentes ſint, & idonei, ſimul cogendi ſunt ad ſolutionem.*

3. Ijdem AA. & CC. Fabiano.

EXprimere debueras tuis precib9 vtrúmne in partem, an in ſolidum ſinguli vos obligaueritis, ac duo rei promittendi extiteritis: cum ſi quidem ab initio vnuſquiſq; pro [c] parte ſit obligatus, egredi contractus fidem non poſſit. Si verò in ſolidum, electio reſcripto [d] adimi non debeat. S. Idib. April. Byzantij, AA. Conſſ.

4. Ijdem AA. & CC. Andronico.

PRopter mutuam vni [e] datam [f] pecuniam alijs reis promittendi factis, ob [g] non numeratam ſibi pecuniam obligationem remitti deſiderio poſtulantium iura refragantur. S.V Idus Febr. Sirmij, CC. Conſſ.

*Interpellatio facta ab Vno de correis credendi, interrumpit præſcriptionem etiam quo ad cæteros. Sal.*

5. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm quidam rei ſtipulādi certos habebant reos promittendi, vel vnus fortè creditor duos vel plures debitores habebat, vel econtrario multi creditores vnum debitorem, & alij ex reis promittendi ad certos creditores debitum agnouerunt, vel per ſolutionem, vel per alios modos, quos in anterioribus ſanctionibus interruptionis inuenimus poſitos: & nos ampliauimus, vel fortè ad vnum creditorem quidam ex debitoribus deuotionem ſuam oſtenderunt: vel cùm plures eſſent creditores, debitor qui ſolus exiſteret, ad vnum ex his vel quoſdam debitum agnouit: & quærebatur, ſi eis vel ei daretur licentia aduerſus alios indeuotionem ſuam exercere, & quaſi tempore emenſo exactionem recuſare, vel quibuſdam ex debitoribus debitum agnoſcentibus, vel in iudicio pulſatis, deberent & alij ab omni contradictione repelli: nobis [h] pietate ſuggerente videtur eſſe humanum, ſemel in vno eodemque contractu qualicumque interruptione [i] vel agnitione [k] adhibita, omnes ſimul compelli ad perſoluendum debitum, ſiue plures ſint rei, ſiue vnus, ſiue plures ſint creditores, ſiue non amplius quàm vnus. ſancimuſque in omnibus caſibus quos noſter ſermo complexus eſt, aliorum deuotionem vel agnitionem, vel ex libello admonitionem alijs debitoribus præiudicare, & alijs prodeſſe creditoribus. Sit itaque generalis deuotio, & nemini liceat alienam indeuotionem ſequi, cum ex vna ſtirpe vnoque fonte vnus effluxit contractus, vel debiti cauſa ex eadem actione apparuit. Datum Kalend. Septembr. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC.

## DE FIDEIVSSORIBVS,[l] ET mandatoribus,[m]

### Tit. XLI.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Lyſiæ.

SI LYSIAS adempta parte bonorum exulare [n] iuſſus eſt: non niſi pro parte, quam retinuit, creditoribus obligatus eſt. Verùm qui pro eo [o] fidem ſuam adſtrinxerunt, iure priſtino conueniri poſſunt. PP. Idib. Octobr. Seuero A. III. & Victorino Conſſ. 201.

2. Ijdem

† Hodie id immutatum eſt Auth. proxima j. eod.
[a] Correo ſoluenti, datur regreſſus in correum.
[b] Duo rei in ſolidum ſpecialiter debent conſtitui: ſin minus, in dubio pro parte tenentur, niſi alter ſit abſens aut non ſoluendo.
[c] Pro patre obligati, in ſolidum conueniri non poſſunt.
[d] Reſcripto ius litigantium adimi nō poteſt.
[e] Numeratio vni facta, omnibus facta videtur *l.5.ſ. ſi certum.*
[f] *adde leg.Vlt. infr.eo.*
[g] *V.l.6.ſup. de non num.*
[h] nota regulam.
[i] Interpellatio vnius correorum debendi impedit præſcribi aduerſus cæteros.
[k] Agnitio vnius correorū alteri correo nocet. *ad de leg.penult. ſupr.eod.*
[l] *dixi ad* 46. *ff.*1.3. *Inſt.* 21. *Nouell.* 4.
[m] *d.tit.* 1.
[n] Publicatio bonorum debitoris fideiuſſorem nō liberat *Vt hic & l.20.j.eod. l.53.ff.eo.* Cæterum hoc verbo *exulandi* propriè ſignificatur deportatio *Vide Cuiac.* 15. *obſ.* 35.
[o] *l.3.ff. de minorib.*

2. Ijdem AA. Plotio.

CReditori[a], qui pro eodem debito &[b] pignora & fideiuſſorem accepit, licet, ſi malit, fideiuſſorem cõuenire in eam pecuniã in qua ſe obligauerit. quod cùm facit, debet ius pignorum in eum trãsferre. Sed cum in alia quoq; cauſa eadem pignora vel hypothecas habet obligatas, non prius[c] compellendus eſt transferre pignora, quàm omne debitum exoluatur. Dat. V. Kalend. Febr. Apro II. & Maximo Conſſ. 208.

[a] Licet creditori habenti pignora agere aduerſus fideiuſſorẽ, debet tamen ei pignora cedere niſi in aliud debitum poſſit venire.

*Expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur. Bal.*

3. Ijdem AA. Maximo.

NOn rectè procuratores noſtri, ſi allegationi tuæ fides adeſſet, audire te noluerũt ex bonis fideiuſſoris, quæ ad fiſcum peruenerunt, pecuniam repetẽtem, ſed reum principalem conuenire iuſſerunt: cùm electionis poteſtas permittatur † creditori. Sed cùm duos fideiuſſores accepiſſe te proponas: ſi alter idoneus eſt, intelligis te diuiſa quantitate partem competentem à procuratore ‖noſtro‖ petere debere, & aduerſus alium fideiuſſorem ‖eius‖ experiri. Nam licet ſignifices adiectum eſſe in obligatione, vt ſinguli in ſolidum tenerentur: tamen nihil hæc res mutat conditionem iuris & conſtitutionem. Nam & cùm hoc non adijciatur[d], ſinguli[e] tamen in ſolidum tenentur: ſed vbi ſunt omnes idonei, in portionem obligatio diuiditur. PP. 17. Kalend. Septembr. Antonino A. III. & Geta III. Conſſ. 209.

[b] *l. 32. ff. de negotijs.*

[c] *V. l. 2. C. debitor pign.*

† *l. 5. l. 16. C. eo. §. 4. Inſt. eod. l. 59. §. 3. ff. mandati* : hodie non permittitur, niſi abſente correo vel inidoneo *Nouell. 4. c. 1.*

*Authen. ex Nouell. 4. cap. 1.*

P*Ræſente tamen vtroq; non † permittitur interceſſorem conueniri, prius quàm reus inuentus eſt minus idoneus, ſiue in totum, ſiue in partem. Abſente autem reo, præſens interceſſor iure quidem conuenitur, ipſo tamen deſiderante iudex definiet tempus, intra quod deducat reum primò conueniendum, ipſo in ſubſidium reſeruando. Nam tranſacto tempore compellitur interceſſor ſatisfacere, ceſſis ſibi à creditore actionibus, abſq; diſtinctione contractus ſiue interceſſionis*

[d] Superuacua adiecta non nocent *l. 22. §. 1. ff. quando dies.*

[e] Etiamſi centum aut plures ſint fideiuſſores, competit tamen eis diuiſionis beneficium.

† Præſens principalis prius conuenitur quã fideiuſſor. abrogatur *lex 3. C. eo. l. 16. l. 19. l. 21. l. 23. C. eo.*

4. Imp. *Antoninus* A. Rufæ.

NOuatione[f] legitimè perfecta debiti in alium tranſlati, prioris contractus fideiuſſores vel mandatores liberatos eſſe non ambigitur: ſi modo in ſequenti ſe non obligauerunt. PP. 15. Kal. Octob. Antonino A. IIII. & Balbino Conſſ. 214.

5. Idem A. Potamoni.

IVre noſtro eſt † poteſtas creditori, relicto reo, eligendi fideiuſſores, niſi[g] inter contrahentes aliud placitum doceatur. PP. 6. Non. Maij, Meſſala & Sabino Conſſ. 215.

6. Idem A. Pollæ.

SI pater tuus pro Cornelio, cùm pecuniam mutuam acciperet, ſe non obligauit: fruſtra ex eo, quod tabulas obligationis vt teſtis ſignauit,[h] conueniris. PP. 11. Kal. Iul. Meſſala & Sabino Conſſ. 215.

[f] Nouata rei obligatione fideiuſſor liberatur, niſi in nouata poſteriore ſe obligauerit *leg. 60. ff. eod.*

† *leg. 3. C. eod.* hodie nõ eſt *Auth. Præſente ſupr. eod.*

*Mandans vt alicui mutuet pignoribus datis, non poteſt ab illo conueniri ſine pignorib. mutuante. Sal.*

7. Idem A. Eroti.

SI creditor conditioni[i] mandato adſcriptæ, cùm pecuniam mutuam daret in accipiendis hypothecis nõ paruit: fruſtra te iudicio mandati conuenit, quando non aliter te obligaſſe intelligaris, quàm ſi pignoribus contraheretur obligatio. PP. Kal. Iul. Læto II. & Cereale Conſſ. 216.

8. Imp. *Alexander* A. Longo.

FIliusfamilias,[k] qui pro patre, quamuis in venditione fundi, fideiuſſit, tenetur. PP. 2. Idus Octobris, Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

9. Idem A. Ariſtocrati.

ETiam ſi de iure obligationis pignorum[l] actum fuerit, fideiuſſoribus liberatio non contingit. PP. V. Kalend. Decembr. Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

[g] Poteſt conueniri vt reus principalis prius conueniatur quàm fideiuſſor.

[h] adſignauit *Cuiac. ad leg. 126. §. 2. ff. de verbor. oblig.* Qui vt teſtis ſubſcribit, nõ fideiubet nec obligatur *dixi ad l. 14. C. ſi cer. add. d. §. 2.*

[i] Conditioni mandato adſcriptæ parendum *l. 44. inf. ff. eod.* ideoq; mandans vt alicui credat pignoribus datis, non poteſt ab illo conueniri ſine pignoribus credente. [k] Filiusfamilias pro patre fideiubere poteſt *l. 10. §. 2. ff. eod. l. 1. inf. C. de filiof. minor: l. 9. C. quod cum alio: l. 8. C. ad Velleian. l. 3. §. 3. ff. qui ſatiſdare.* [l] Perſecutio pignoris non liberat fideiuſſorem *l. 3. §. 4. ff. de pignorib.* & è contra *l. 8. C. de pignoribus.*

10. Idem A. Vitali.

FIdeiuſſor ſeu mandator, ſi[a] in[b] vſuras quoq; obligatus eſt, iuſtam cauſam recuſandi eas ſoluere nõ habet.
1 ¶ Vt autem is, qui cum altero fideiuſſit, non ſolus conueniatur, ſed diuidatur[c] actio inter eos, qui ſoluendo ſunt: ante condemnationem ex ordine poſtulari ſolet. PP. *.

11. Idem A. Saluſtio.

CVm alter ex fideiuſſoribus[d] in ſolidum debito ſatisfaciat, actio ei aduerſus eum, qui vna fideiuſſit, non competit. Potuiſti ſanè, cùm fiſco ſolueres, deſiderare, vt ius pignoris, quod fiſcus habuit, in te transferretur:[e] & ſi hoc ita factum eſt, ceſſis actionibus vti poteris. Quod & in priuatis debitis obſeruandum eſt. PP. 7. Kal. Nouembr. Alexandro A. III. & Dione Conſſ. 230.

12. Idem A. Theodoto.

BLanditus tibi eſt, qui non teneri te perſuaſit, quod cum pro alio interuenires, ὅτι[f] ὃν θέλεις, ποιήσω,[g] dixiſti: cum & his verbis obligationem verborum ‖poſſe‖ contrahi pridem receptum eſt. PP. 6. Kalend. Sept. Agricola & Clemente Conſſ. 231.

13. Pars ex epiſtola *Gordiani* A. ad Auxium.

SI Barſatoram[h] latronem Lyſanias decurio inuenturum[i] ſeſpopondiſſet: aut exhibere compellendus eſt, aut tranſmittẽdus ad præfectum prætorio, vel ad præſidem prouinciæ.

[a] Fideiuſſor vſurarum nomine nõ tenetur, niſi expreſsè vſuras promiſerit *vt hic*: aut in omnem cauſam fideiuſſerit *l. 68. §. 1. ff. eod. l. 54. ff. locati: l. 2. §. 12. ff. de adminiſt. rer.*

[b] In vſuras etiam poteſt obligari fideiuſſor.

[c] Beneficium illud diuiſionis vocatur, & epiſtolæ d. Hadriani, *l. 26. l. 28. ff. eod. §. 4. ver. ſed ex epiſt. Inſt. eod. Nou. 99. adde l. 1. ſupr. de diuid. tut.*

*Actio mandati competit fideiuſſori ſoluenti, non hypothecaria competens creditori, niſi cedatur. Sal.*

14. Idem A. Saliuo.

MAndati[k] actio perſonalis eſt. quæ ſi nomine fideiuſſoris,[l] vel aduerſus debitorem, ſeu hæredes eius competit: præſes prouinciæ, quæ deberi compererit, reddi iubebit. Pignora etenim, quæ reo ſtipulandi nexa fuerunt, ita demum ad vos tranſeunt, ſi facta nominis redemptione, ſolutio celebrata eſt, vobiſque mandatæ[m] ſunt actiones. Quod ſi factum eſt: ea quoq; vobis perſeſequentibus, aduerſus ‖pignorum‖ poſſeſſores extraordinariam iuriſdictionem idem vir clariſſimus impertietur. PP. 3. Nonas Iulij, Gordiano A. & Auiola Conſſ. 232.

*Fideiuſſor ſoluens indebitum, agit condictione indebiti. Bald.*

15. Idem A. Claudiano.

SI indebitam[n] pecuniam quaſi ex cauſa fideiuſſionis obſtrictus in cautionem per errorem deduxiſti, tam doli mali exceptione vti, quàm condicere[o] vt obligatio tibi accepto feratur, potes. Non eſt autem dubium, fideiuſſorem rei promittendi, bonis ad fiſcum deuolutis, ſi idem fiſcus ob debitum reſtituendum fuerit conuentus, & ſoluerit[p], liberari. PP. 5. Kalend. Decembr. Gordiano Aug. & Auiola Conſſ. 240.

[d] Fideiuſſor ſoluẽs, ceſſis actionibus agit in confideiuſſorem.

[e] id eſt, vt cedantur actiones. De beneficio cedẽdarum *l. 14. l. 21. C. eo. l. 17. l. 36. l. 39. ff. eo. l. 76. ff. de ſolut. l. 2. C. de his qui in prior. credit.*

[f] ὅτι ἐγγυῶμαι τόνδε *Baſil. Cui. 14. obſ. vlt.* alij legunt τί μὴ, *Cui. Inſt. eod.* alij ἐγγυάσομαι. Alciatus reponit λέγω *adde Cui. 14. obſ. vlt.*

16. Idem A. Maximo.

LIberum fuit †, antequam lis aduerſus omnes fideiuſſores conteſtaretur, vnum eorum eligere[q] creditori, ſi modo cęteros minus idoneos exiſtimaret. At nunc poſt[r] litis conteſtationem, petitionem diuiſam redintegrari, iuris ratio non patitur. PP. 2. Id. Iun. Gordiano A. II. & Pompeiano Conſſ. 242.

17. Idem A. Braſidæ.

OMiſſis[ſ] quoq; pignoribus fideiuſſorem à creditoribus vtiliter conueniri, niſi[t] in id tantum, quod ex his refici non poterit[u] acceptus ſit: explorati iuris eſt. PP. 6. Idus Mart. Attico & Prætextato Conſſ. 243.

18. Imperator *Philippus* Auguſtus Smyrnæ.

SI (vt proponis) fundum ob debitum obligatum nõ iuſto[x] pretio vendidiſti: reſiduam quantitatem, quam ex pretio eiuſdem ſeruare potuiſſes, refundi tibi a fideiuſſore non iure poſcis. PP. V. Kalend. Auguſti, Peregrino & Æmiliano Conſſ. 245.

[g] Græcè põt obligari fideiuſſor *l. 8. ff. e.*

[h] Abarſacoram *Hal.* alij Barſotoram.

[i] Non dicitur res inuenta niſi adprehẽſa. *v. quæ notaui ad l. 3. §. 3. ff. de adquir. poſſeſſ.*

[k] Mandati actio pſonalis *26. Eclog. cap. περὶ μανδατώρων, v. tit. 1. ex c. 81.* [l] Fideiuſſori aduerſus debitorem, eiuſve hæredem competit mãdati actio ſine ceſſione *l. 26. §. 3. ff. mandati.* hypothecaria, facta ceſſione *C. eodem.* [m] *vide l. 11. ſupr. eodem.* [n] Fideiuſſor ſoluens indebitum, agit condictione indebiti *l. 22. C. eod. l. 3. C. de condict. indebit. adde l. 7. ſupr. de non num. l. vltim. ſupr. de condict. ex lege.* [o] Condictionem liberationis Græci vocant ἄδηλον: quòd ſit incerta *vide Cuiacium 19. obſer. 35.* [p] *leg. 52. in fine ff. eodem.* † hodie non eſt, *vide Nou. 4. cap. 1.* [q] *lege 3. ſupr. eodem.* [r] Conteſtatione litis tollitur electio *leg. 59. §. 3. ff. eodem.* [ſ] Omiſſis pignoribus fideiuſſor poteſt conueniri, niſi in ſubſidium pignoris ſint accepti. [t] id eſt in ſubſidium. [u] *leg. 62. leg. 63. ff. eodem. leg. 56. ff. mandati: leg. 8. ſupr. mandati.* [x] *V. l. 2. l. 8. C. de reſcind.* Si creditor non iuſto pretio pignus vendidit, reſiduum iuſti pretij à fideiuſſore non petit.

† hodie poteſt *Auth.præſente ſup.eo.*
[a] *dixi ad d.l.1.* *S.eod.*
† hoc hodie correctum *d. Auth.*
[b] de ceſſione actionum *dixi ad l.11.S.*
[c] ſpeciem ita conſtituo, Hermianus mãdauit credi XX. Mœuię: X duntaxat numerata ſunt Mœuiæ. Hermianus vltra idq; accepit Mœuia, conueniri non poteſt. vt hæc conſtitutio pertineat ad legem 15. *S.eod. adde l.17.ff. de pact.* alia ſpecies proponitur à Cuiacio 19. *obſ.35. alia ab interpretib.*
† Hodie in dubio fideiuſſorem ante principalem eligere nõ licet. *Aut. Præſente S.eod.*
[d] Qui ab vno reorum debitũ petit, non diuidit obligationẽ. Sola petitio non eſt diuiſio *V. leg.2.§.3.ff. de Verb. oblig.*
[e] *V.l.4. in fin. l.5.ff.eod.* An & in delictis? *V.l.26.J. eod. V. Roland. à Valle 1. conſil. 57. num.4.*
[f] Hæres fideiuſſoris reo principali ſuccedens, cõuenitur vt principalis nõ vt fideiuſſor.
[g] Actio de reſiduo datur etiam in fideiuſſorem *l.56. ff. mandati.*
[h] puta ſex, ſeptẽ, vel octo menſes *adde l.27.28.J.eod.*

*Suſcipiens obligationem pro alio, poteſt conueniri omiſſo reo principali, qui accipit pecuniam mutuam. Bald.*

19. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Sabino.

SI alienam reo principaliter conſtituto obligationem ſuſcepiſti, vel fideiuſſorio, ſiue mandatorio, vel quocunque alio nomine pro debitore interceſſiſti, non † poſſe creditorem vrgeri, eum, qui mutuam accepit pecuniam, ‖magis‖ quàm te conuenire, ſcire debueras: cùm ſi hoc in initio contractus ſpecialiter non placuit, habeat liberam electionem. S.2. Kal. Maij, AA. Conſſ.

20. Ijdem *Auguſti* & CC. Aureliano.

SEntentia [a] bonorum omnium ademptionem continente, rei damnati principalis interceſſores eligendi creditori poteſtas non adimitur.

21. Ijdem *Auguſti* & CC. Iuliano.

SIcut eligendi † fideiuſſores creditor habet poteſtatem, ita interceſſorem poſtulantem cedi [b] ſibi hypothecæ ſiue pignoris obligata iure, non prius ad ſolutionem (niſi mandata ſuper hac re fuerit perſecutio) conuenit vrgeri. S.11. Kalend. Nouemb. AA. Conſſ.

22. Ijdem *Auguſti & Cæſares* Hermiano.

SI vltra [c] hoc, quod accepit ea, pro qua te mandatorio nomine interceſſiſſe commemoras, datum te ſcripſiſti: præſes prouinciæ ex hoc, quod vltra mandatum tuum numeratum eſt, a te nihil exigi patietur. S. 12. Kal. Maij, CC. Conſſ.

23. Ijdem AA. & CC. Antipatro.

REos principales, vel mandatores ſimpliciter acceptos eligere †, vel pro parte conuenire, vel ſatis non faciente, contra quem egeras primò, poſt ‖illum‖ ad alium reuerti (cum nullus de his electione [d] liberetur) licet. S. Non. Decemb. Nicomediæ, CC. Conſſ.

24. Ijdem AA. & CC. Pergamio.

FIdeiuſſoris quidem hæres [e] exemplo rei principalis tenetur. Sed ſi idem vtriſq; [f] ſuccedat, interceſſionis obligatione finita, velut principalis tantum debitoris hæres conueniri poteſt. S.11. Kal. Ian. CC. Conſſ.

25. Ijdem AA. & CC. Philippo.

PIgnoribus datis à reo principali diſtractis, nec poſt lõgi temporis interuallum reſiduum [g] à fideiuſſore creditor petere prohibetur. S.6. Kal. Ian. CC. Conſſ.

26. Imp. *Iuſtinianus* A. Iuliano præfecto prætorio.

SAncimus, ſi quis pro alio ſpoponderit, quatenus eum intra certum [h] tempus tradat, vel certam quãtitatem pecuniarum pro eo inferat, & tempore ſtatuto iam effluente non poterit eum repræſentare, non ‖ſtatim‖ pecunias pro eo ſtipulatas, inferre, ſed competere quidem poſt temporis lapſum omnimodo pœnalem actionem: non autem ſtatim ſummam pro qua fideiuſſor admiſſus eſt, profligari. Sed ſi quidem vſque ad ſex † menſium ſpatium tempus ſtatutum ſit, aliud tantum ei indulgeri ‖ſancimus‖ intra quod ſi poſſit perſonam exhibere, & eam tradere, pœna ſit liberatus. Sin autem amplius quàm ſex mẽſium tempus ab initio conſtitutum eſt: tunc quantacunque temporis curricula data ſunt, tamen poſt lapſum eorum ſemeſtres tantum habere eum inducias, intra quas ſit ei licentia perſonam & [i] non pecunias reddere. Sin autem & ſecunda [k] adiectio temporis excedat: tunc omnimodo pœnam pecuniariam perſoluat. Sed ſi quidem poſt ſtatutum ab initio tempus completum maluerit reum pro quo conuenitur, defendere: licere ei hoc facere, niſi pacti tenor ad hoc reclamauerit, ſi forſitan ſine [l] defenſione facienda pro eo fideiuſſit. Sed ſi defenſionem ſubierit [m], eam vſque ad finem implere: nulla ei licentia concedenda in medio perſonam tradere, & pecuniarum dationem effugere. Sin autem & ſecundum tempus effluxerit, nullo modo ei licentia concedatur nec ad defenſionis venire præſidium: ſed omnimodo pœnam conferat, niſi intra primum tempus quod ſtatutum eſt, reus principalis ab hac luce ‖fuerit‖ ſubtractus [a]. tunc enim penitus ab exactione pœnæ liberũ eum cuſtodiri oportet. Quod ſi ſecundo tempore inſtante mortuus fuerit, nihilominus pœna iam commiſſa à fideiuſſore exigatur: omnibus quæ in fideiuſſores, quando tali pœnæ fuerint illigati, ſtatuimus, & in hæredes [b] pro vtilitate eorum obtinentibus. Datum 6. Kalend. April. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte VV. CC. Conſſ. 530.

† Si quis fideiuſſerit reum iudicio ſiſti intra certum tempus hodie pœna ſtatim nõ exigitur, ſed dantur fideiuſſori ſex menſes, intra quos ſiſtendo, reus euitet pœnam ipſo iure cõmiſſam ex priore lapſu. vel breuius. Fideiuſſor intra ſex menſes, moram rei exhibendi vel ſiſtendi euitat *adde quæ ſcripſi ad l.4. ff. de cuſtod.* Id ſpatiũ vſus non adprobauit *Clar.5 ſent.§. Vlt. quæſt.46.* coguntur.n. fideiuſſores reum exhibere toties quoties (vt illi loquuntur.) De hoc remedio fideiuſſorum *V. Cui.19.obſ.34.* [i] Primo lapſu reꝰ iudicio ſiſtendi, perſonam rei ſiſtere debet non pœnam numerare. [k] Secundo lapſu reus iudicio ſiſtendi, pœnam ſoluit. [l] Reus alterius ſiſtendi quis eſſe poteſt, etiamſi eum defendere non cogatur. [m] vltrò ſc.

*Promittens alium exhibere vel ſiſtere in iudicio ſine ſcriptis, liberatur per lapſum duorum menſium quibus actor negligens fuit. Salyc.*

27. Idem Auguſt. Ioanni præfecto prætorio.

SI fideiuſſor nullam quidem cautionem faciat, oſtendens ſe fideiuſſorem extitiſſe, præſentibus autem tabularijs hoc confeſſus eſt, quod in fide ſua eum ſuſcepit: dubitabatur à Palæſtina [c] aduocatione, Vtrúmne poſt duos menſes liberetur, quaſi ſine ſcriptis fideiuſſione facta ſecundũ [d] generalia edicta ſublimiſſimæ prætorianæ ſedis: an, vtpote ſcriptura interueniente, teneatur. Et diuiſio alia introducebatur, ſi idem iuris eſſe debeat tam in publicis [e] cauſis, quàm in priuatis. Sancimus itaque, niſi confeſſio literis expoſita fuerit à fideiuſſoribus ex repræſentatione perſonarum, licet atteſtatio ſuper hoc proceſſerit, attamen ‖adhuc‖ ſine ſcriptis eſſe fideiuſſionem, videlicet in [f] cauſis priuatis exiſtimari: & duobus [g] menſibus effluentibus, ab huiuſmodi nexu fideiuſſores liberari: niſi in tempus certum data eſt fideiuſſio. Tunc enim in tantum eam extendi, in quantum etiam atteſtatio fuerit expreſſa. Sin autem in publica cauſa‖ neceſſitas interueniat‖ tunc omnimodo atteſtationem pro ſcriptura haberi. Multis etenim priuilegijs propter publicas neceſſitates publico iuri præſtitis, non ab re eſt & nos huiuſmodi prærogatiuam ei condonare. Datum XII. Kalend. Mart. Conſtantinopoli, poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

*Electo vno de fideiuſſoribus vel mandatoribus, non liberatur alter: nec reus principalis ſimiliter. Sal.*

28. Idem Auguſt. Iohanni præfecto prætorio.

GEneraliter ſancimus, quemadmodum in mandatoribus [h] ſtatutum eſt, vt conteſtatione contra vnum ex his facta, alter non liberetur: ita & † in fideiuſſoribus obſeruari. Inuenimus etenim & in fideiuſſorum cautionibus plerumque ex pacto huiuſmodi cauſæ eſſe proſpectum: & ideo generali lege ſancimus, nullo modo electione † vnius ex fideiuſſoribus vel ipſius rei alterum liberari: vel ipſum reum fideiuſſoribus, vel vno ex his electo, liberationem mereri, niſi ſatisfiat creditori: ſed manere ius integrum, donec in ſolidum ei pecuniæ perſoluantur, vel alio modo ſatis ei fiat. Idemq; in duobus [i] reis promittendi conſtituimus, ex vnius rei electione præiudicium creditori aduerſus alium fieri non concedentes: ſed remanere & ipſi creditori actiones integras, & perſonales, & hypothecarias, donec per omnia ei ſatisfiat. Si enim pactis [k] conuentis hoc fieri conceditur, & in vſu cotidiano ſemper hoc verſari aſpicimus: quare non ipſa legis auctoritate hoc permittatur, vt nec ſimplicitas ſuſcipientium contractus ex quacunq; cauſa poſſit ius creditoris mutilare? Datum XV. Kalendas Nouembr. Conſtantinopoli, poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 521.

*   *   *   *

Lex 28. [l]

SI quis fideiuſſerit in [m] vſuras, non in biennium tantum, ſed in tantum temporis in quantum cauit tenetur. Quanto igitur voluerit tempore fideiuſſor in vſuris ſe obliget, modo nec ſupra duplum [n] teneatur.

[a] id eſt mortuus. Reo intra primum lapſum moriente, fideiuſſor non tenetur *vt hic*: intra ſecundum, tenetur *verſ. quod ſi ſecundo J. eo. ad d.l.4. leg.5. ff. qui ſatiſdare.*
[b] Ius purgandæ moręe fideiuſſori competens, ad eiꝰ hęredes trãſmittitur.
[c] Palęſtina aduocatio, quæ & Cæſarienſis. à Cæſarea Palęſtinæ aduocatione. *dixi ad l.30. S. de pactis.*
[d] *V. leg.2. S. de off. præf. pr.*
[e] Fideiuſſor iudicio ſiſti ſine ſcripto accipitur in priuatis cauſis, etiamſi apud tabularium fideiubeat, ὡς ἐν καταθέσει. In publicis cauſis hæc depoſitio pro ſcriptura eſt *adde leg.17. ff. de in ius vocando.*
[f] *dixi S. eod. verſ. & diuiſio.*
[g] Fideiuſſor iudicio ſiſtendi ſine ſcripto acceptus non tenetur vltra duos menſes. Qui ſcripto ſe obligauit in perpetuum conuenitur, i. vſque ad finem trieñij. tanq̃ ſit maius vinculũ fideiuſſionis ſcriptę quã non ſcriptæ. Præſumunt.n. auctores huius beneficij, eũ qui ex ſcripto fidẽ ſuam obſignare noluit ſe in longum tempus obligare noluiſſe. quod & Iſidorus adnotat *ad l.8. J. de donationib.* & alij ad legem 36. *ff. de fideicomm. libert. l.3. in fin. ff. de adimend. legat: lege 12. ff. de his quæ vt indign. vide Cuiac. dicto loco: & cap.13. de præſcript. num.13. adde Nouell. 22. in fine.* [h] *l.22. S. eod. l.71. §.2. ff. eod. Paul. 2. ſent. 17. §. vltimo.* † Olim electo reo principali fideiuſſor, eiúſve hæres liberabatur: mandator non liberabatur *dicto §. vltimo.* hodie ſublata eſt ſuperior differentia. † Vnius fideiuſſoris vel rei electione alter liberatur. Hodie ius electionis ſublatum *Nouell. 4. cap. 1.* [i] de duobus reis promittendi. [k] Quod pactis fit, quodq́ue vſu conſuetum in perpetuam legiſlationem conuerti poteſt. [l] hæc conſtitutio reſtituta eſt à Cuiacio 19. *obſeru.* 35. [m] Vſurarum fideiuſſor poteſt accipi *l.10. S. eod.* [n] *V. l.10. S. de vſur.*

## DE NOVATIONIBVS[a], ET delegationibus,

Tit. XLII.

1. Imp. *Alexander* A. Timotheo.

DElegatio debiti, niſi [b] conſentiente & ſtipulanti [c] promittente debitore [d], iure perfici nō poteſt. Nominis [e] autem venditio & ignorante vel inuito [f] eo aduerſus quem actiones mandantur, contrahi ſolet. PP. V. Id. Febr. Maximo 2. & AEliano Coſſ. 224.

2. Imp. *Gordianus* A. Firmino.

EX contractu pecuniæ creditæ actio inefficax dirigitur, ſi delegatione perſonæ rite [g] facta, iure nouationis vetuſtior contractus euanuit [h]. PP. Cale. Sept. Pio & Pontiano Conſſ. 239.

*Ceſsio actionum non liberat debitorem. Salyc.*

3. Idem A. Mutiano.

SI delegatio nō eſt interpoſita debitoris tui, ac propter ea actiones apud [i] te remanſerunt: quamuis creditori tuo aduerſus eum ſolutionis cauſa mandaueris actiones, tamen antequam lis [k] conteſtetur [l], vel [m] aliquid ex debito accipiat, vel [n] debitori tuo denunciauerit [o], exigere [p] à debitore tuo debitam quantitatem non vetaris, & eo modo tui creditoris exactionem contra eum inhibere. Quòd ſi delegatione facta, iure nouationis tu liberatus [q] es, fruſtra vereris ne eo quod quaſi a cliente [r] ſuo nō faciat exactionem, ad te periculū [s] redundet: cum per verborum obligationem voluntate nouationis interpoſita, à debito liberatus ſis, PP. V. Id. Iun. Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

4. Idem A. Stratonico.

NOn abſtulit tibi procurator tuus actionem, ſi cum ei mandaſſes exactionē [t] pecuniæ quam hi tibi debebant contra quos ſupplicas, parte accepta, de reliquo eos liberauit: cum neque contra [u] voluntatem tuam nouationem facere, neque in eo quod non ſoluebatur, eos liberare potuerit. PP. Id. Nou. Gordiano A. & Auiola Conſſ. 240.

5. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Septimiæ.

SI pater tuus cui te ſucceſſiſſe proponis, creditori pro Alexandro ſuſcepto nomine [x] certam pecuniam ſtipulanti ſpopondit: licèt per improbitatem Alexander ei ſatis non fecit, tamen ſummæ promiſſæ nimis improbè ſolutio negatur. S. 2. Id. April. Sirmij, CC. Coſſ.

6. Iidem *Augusti & Cæſares* Dertiparo.

NEC creditoris creditori quiſquam inuitus [y] delegari poteſt. S. 12. Cal. Nou. Doroſtoli, CC. Coſſ.

7. Iidem AA. & CC. Zoilo.

SI ſoluere tibi pecuniam delegatus Eucarpus dare ſpopondit, vel debitum conſtituit, ſuo nomine conueniri poteſt: alioqui aduerſus eum experiri pro chirographario [z] debitore tuo fruſtrà conaris. S. 7. Calen. Ian. CC. Coſſ.

*Obligatio non nouatur per obligationem, etiamſi noua perſona interueniat, vel obligationi aliquid addatur, vel detrahatur.*

8. Imp. *Iuſtinianus* A. ad Senatum.

NOuationum nocentia corrigentes volumina, & veteris iuris ambiguitates reſecātes, ſancimus: ſi quis vel aliam perſonam adhibuerit, vel mutauerit [&], vel pignus acceperit, vel quantitatem augendam vel minuendam eſſe crediderit, vel conditionem ſeu tempus addiderit, vel detraxerit, vel cautionem minorem [a] acceperit, vel aliquid fecerit ex quo veteris iuris conditores introducebant nouationes: nihil penitus prioris cautelæ innouari, ſed anteriora ſtare, & poſteriora incrementum illis accedere: niſi ipſi ſpecialiter remiſerint quidem priorem obligationem, & hoc expreſſerint, quod ſecundam magis pro anterioribus elegerint. Et generaliter definimus, voluntate [b] ſolū eſſe, non lege nouandum: & ſi non verbis exprimatur, vt ſine nouatione (quod ſolito vocabulo ἄνευ καινότητος [c] ||Græci|| dicunt) cauſa procedat. hoc enim naturalibus ineſſe rebus volumus, & non verbis extrinſecus superuenire. Dat. 11. Cal. Auguſti, Conſtantinopoli, Lampadio & Oreſte VV. CC. Coſſ. 530.

## DE SOLVTIONIBVS[d], ET liberationibus,

Tit. XLIII.

*Debitor ex pluribus cauſis poteſt eligere tempore ſolutionis in quam cauſam ſoluat. Bald.*

1. Imp. *Antoninus* A. Ariſteneto.

IN [e] poteſtate eius eſt, qui ex plurib. cōtractib. pecuniā debet, tēpore ſolutiōis exprimere, in quam cauſam reddat. Quòd ſi [f] debitor id nō fecit, conuertitur electio ad eum, qui accepit [g]. Si neuter voluntatem ſuam expreſſit: prius [h] in vſuras id, quod ſoluitur: deinde in ſortem accepto feretur. PP. 2. Non. Nou. Duobus & Aſpris Coſſ. 213.

2. Imp. *Alexander* A. Baſſæ.

LIberari fideiuſſores, quoties fiſcus tam debitori quā creditori (licèt diuerſis ſtationibus [i]) ſuccedit, ius certū eſt. Quod & in tua perſona procuratores mei cuſtodient. PP. Cal. Iul. Lupo & Maximo Coſſ. 233.

3. Imp. *Gordianus* A. Apollonio.

SI cùm ſeruus liberam peculij adminiſtrationem haberet, mutuam ab eo accepiſti pecuniam, eique ante [k] ademptum peculium, vel prius quàm ademptum cognoſceres, eam exſoluiſti: ea ſolutione liberatus es. PP. 5. Cal. Oct. Pio & Pontiano Coſſ. 239.

4. Idem A. Rufinæ.

NIhil intereſt, vtrùm creditori mutuam pecuniam ſolueris, an ex eius voluntate [l] ſeruo [m] numeraueris. Nec enim ex eo quòd creditor conceſſit in fatū, priùs quàm inſtrumenta [n] redderet, euacuatæ obligationis vires reparari queunt. PP. 2. Id. Octo. Pio & Pontiano Coſſ. 239.

5. Idem A. Celſo.

NVlla tibi aduerſus [o] creditorem alienum actio ſupereſt, eo quòd ei debitā quantitatem offerens, ius obligationis in te transferri deſideras: cum ab eo te nomen comparaſſe non ſuggeras: licèt [p] ſolutione ab alio facta nomine debitoris, euaneſcere ſoleat obligatio. PP. 15. Cal. Nou. Pio & Pontiano Coſſ. 239.

*Confeſsio totius per errorem facta, non præiudicat niſi in parte recepta. Salyc.*

6. Idem A. Alexandro.

SI inter patrem tuum, eóſque quos debitores eſſe dicebas, non de [q] dubia lite tranſactio facta eſt, ſed parte tantummodo recuperata, vniuerſum [r] ſe recepiſſe cauit, nec de ſuperfluo eos, quos verbis obligauit, per acceptilationem liberauit: nec donationis [ſ] cauſa id factum eſt: exuperantis debiti integra ei repetitio competit. PP. Id. Feb. Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

7. Imp. *Philippus* A. & *Philippus* C. Antiocho.

EIus quantitatis, cuius petitionem ratio com- liberari fideiuſſorem.

---

[a] *dixi ad 46. ff. 2. §. 3. Inſti. quib. mod. tollit. obligat.*

[b] Debitor, inuito creditore, alium vice ſua debitorē conſtituere non poteſt v. *l. 6. j. eod. l. 8. in fi. s. de obl.*

[c] creditori ſc. fit. n. delegatio per ſtipulationē *l. 11. ff. eod.* & litis conteſtationem *ibid.*

[d] Qui delegat ſc.

[e] nomen vendi poteſt *l. 3. s. de hæredit.* vel *act.*

[f] Inuito debitore, nomen alteri poſſū cedere *vt hic.* Debitorē inuitum delegare non poſſum *s. eod.*

[g] Per ſtipulationem, vt & litis conteſtationem *l. 11. inf. ff. eod.*

[h] Debitorem ritè delegatum conuenire poſſumus *vt hic.* Curita? v. *l. 18. ff. de fideiuſſo. §. 3. Inſtit. quibus mod. toll. obli.*

[i] Qui nomē cedit, debito nō liberatur *vt hic* qui delegat, liberatur *verſ. quod ſi delegatio. j.*

[k] Primus caſus, quo nomen cedenti ſolui non poteſt.

[l] fit. n. per litis conteſtationē delegatio *l. 11. inf.*

[m] Secundus caſus.

[n] Tertius caſus.

[o] Nomē creditori ſolui poteſt, tribus caſibus exceptis *s. eo. l. vl. ff. de lege commiſſ.* [q] Delegatione debitor liberatur. [r] Cliens hic delegatum ſignificat, quibuſdam videtur ſignificare ſuſceptum in fidem, vt & alibi *in lege 3. ff. de leg. 3. ff. de vſu & habit. l. 5 §. 1. ff. de his qui deiecer. l. 3. §. 6. ff. de penu: l. 89. ff. de furtis. l. 7. ff. de captiu. v. Petrum Pithæum tit. 9. Notar. Moſaic.* [s] Periculum delegati creditor ſuſtinet, at non delegans *l. 96. §. 2. ff. de ſolutionibus.* [t] Procurator ad exigendum datus, accepto ferre & nouare non poteſt *vt hic. & l. 21. ff. eod. l. 3. §. 30. ff. de acceptilat.* [u] Procurator ſine mandato nouare non poteſt *vt hic.* cum mandato poteſt *dict. l. 3.* accepto ferre non poteſt, niſi antea mandatum habuerit nouandi. Ideóque directo per procuratorem non fit acceptilatio, ſed per obliquum, & ita intellige quod ſcripſi ad *d. l. 3.* [x] Suſceptor alienæ obligationis ſoluere tenetur, etiamſi reus principalis ei non ſatisfaciat *l. 12. ff. eo.* [y] *l. 1. s. eo.* [z] Chirographarius creditor debitorem debitoris conuenire non poteſt v. *Cuiac. 8. obſ. 19.* [&] ἐναλλάξῃ *Baſil. 7. Ecl. 6. ex li. 26. tt. 4. c. 28.* mutuauerit *Hal.* & malè, ſignificatur hîc nouatio quæ fit interuētu noui debitoris,

[a] iuniorem. ita legitur in quibuſdam manuſcriptis quam lectionem probat Cuiacius 19. *obſ. 36.* confirmátque ex lege 56. *ff. de adminiſt. tutel.* quæ docet, nouationem fieri (etiamſi amiſſum ſit prius chirographum) facto chirographo, licèt nec perſona nec cauſa obligationis mutata ſit.

[b] In nouatione facienda ſufficit quælibet voluntas *vt hic. & Nouel. 99.* qua regula neglecta Tribonianus ſępe ſpecialem exigit v. *Cuiac. 14. obſ. 7.*

[c] ἀνεπατεύτως *Hal.* ἀνοβατεύτως *Cuia. Inſtit. quibus mod. tollit. oblig. inf. & 19. obſ. 36. in fin.* ἀνεπατεύτως *Cont.*

[d] *dixi ad 46. ff. 3. 7. Eclo. 6. & li. 26. tt. 5.*

[e] *Eclog. d. lo. c. 1. l. 101. inf. ff. eod.*

[f] *l. 1. ff. eo. l. 21. s. de vſur.*

[g] i. *in creditorem.*

[h] v. *l. 5. §. penult. ff. eo.*

[i] rationibus *Hal.* & malè. Statio qd eſſet dixi *l. 10. s. de compenſationib.* hoc tandem innuit: Fiſco ſuccedente debitori & creditori diuerſarū ſtationū,

ex contractu [k] Seruo ante ademptum peculium, ex contractu peculiari ſolui poteſt: poſt ademptū ēt, ſed ab ignorante. *vt hic. l. 35. ff. eo. adde l. 21. ff. de iureiur. l. 11. ff. depoſiti.* aut iuſſu *l. 49. ff. eo. l. 22. §. 12. ff. ſoluto.* [m] Non peculiare ēt debitū volente creditore, eiuſdē ſeruo ſolui pōt. [n] Solutione tutus quis eſſe pōt, etiamſi debiti inſtrumentū non recipiat v. *l. s. depoſiti.* [o] Nemo cogitur inuitus extraneo debitum cedere. Extraneum voco, alium à debitore. [p] Ratio dubitandi. Inuitus debitor liberatur *l. 17. j. eo. l. 23. ff. eo. l. 39. ff. de negotijs: Inſtit. quib. mod. tollit. obli. in pr.* ergo & creditori inuito ſolui pōt. [q] Tranſactio fit de lite dubia *l. 1. ff. de tranſact. adde l. 21. j. eod.* [r] Confeſſio totius recepti per errorem facta, ad id quod receptū non eſt, ſeu ad id quod non probatur redditum, nō porrigitur *l. 13. j. eo. l. 7. s. de except. l. 24. l. 31. s. de tranſact. l. 67. §. 3. ff. de cond. indebiti.* [ſ] Hæc adiectio, *donationis hyperoches aut ſuperflui*, ab his præſertim qui non ita bona fide cū aliquo contrahunt obmitti non ſolet. Donatio hyperoches Galli *donation de plus value. dixi ad d. §. 3.*

penſationis [a] excludit, vſuras [b] non poſſe repoſci manifeſtum eſt. PP. V. Calen. Auguſt. Peregrino & Aemiliano Coſſ. 245.

8. Iidem A. & C. Rufino.

VSuras, quæ quotannis in [c] vrbe numerandæ ſunt, permittere [d] alio loco dependi [e], niſi [f] ex iuſta cauſa [g], exempli ratio minimè ſinit. PP. V. Id. Maij, Philippo A. & Titiano Coſſ. 246.

*Locus congruus offerendi, eſt locus ſoluendi, & non alius. Bald.*

9. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Caſſio.

OBſignatione [h] totius [i] debitæ pecuniæ ſolenniter [k] facta, liberationem [l] contingere manifeſtũ eſt. Sed ita demum oblatio debiti liberationem parit ſi eo loco [m], quo debetur, ſolutio [n] fuerit celebrata. PP. V. Id. Maij, Maximo 2. & Aquilino Coſſ. 286.

10. Iidem AA. & CC. Ambroſio.

SVcceſſores eius, qui maior vigintiquinque annis in ſolutum [o] pro debito iure mancipia [p] dedit, hæc reuocare non poſſe conſtat. S. V. Id. April. Bizantij, AA. Coſſ.

11. Iidem AA. & CC. Capitolinæ.

CVm maritum [q] tuum à debitoribus tuis minoris vigintiquinque annis conſtitutæ, velut ex cauſa tibi debiti aliquas accepiſſe quantitates, nec tamen te cõſenſum accommodaſſe ſignifices: nullum tibi præiudicium potuit fieri, niſi factam ſolutionem poſt maiorem ætatem ratam [r] feceris. S. V. Cal. Maij, Heracliæ, AA. Coſſ.

12. Iidem AA. & CC. Eutychio.

INuito vel ignorante creditore qui ſoluit alij [ſ], ſe non liberat obligatione. Quòd ſi hoc, vel mandante [t] vel ratum habente eo, fecerit: non minùs liberationem conſequitur, quàm ſi eidem creditori ſoluiſſet. S. 3. Id. Maij, AA. & CC. Coſſ.

*Simulata liberatio non eſt liberatio. Bald.*

13. Iidem AA. & CC. Philotimo.

SI obligatum hominem ex cauſa mandati, non per ſtipulationem facta nouatione [u] poſt acceptilationem liberaſti, ſed [x] tantum receptam ex [y] eadem cauſa debitam quantitatem falſo [z] ſcripſiſti: figmento veritatis extingui non potuit obligatio. S. 6. Cal. Iun. AA. Coſſ.

14. Iidem AA. & CC. Cohortæ.

PEcuniæ ſolutæ profeſſio [a] collata inſtrumento, maiorem rei geſtæ probationem continet, quàm ſi chirographum acceptæ peccuniæ mutuę fuiſſet redditũ [b]. S. V. Id. Iul. AA. Coſſ.

*Chirographum redditum debitori ſine voluntate creditoris, non liberat debitorem.*

15. Iidem AA. & CC. Quartino.

QVòd debitori tuo chirographum redditum [c] contra voluntatem tuam adſeueras, nihil de iure tuo deminutum eſt. Quibuſcunque itaque argumentis iure proditis hanc obligationem tibi probanti, cum pro huiuſmodi facto liberationem minimè conſecutum, iudex ad ſolutionem debiti iure compellet. S. V. Cal. Sept. AA. Conſſ.

16. Iidem AA. & CC. Charidemo.

EVm, à quo mutuam ſumpſiſti pecuniam, in ſolutũ nolentem ſuſcipere nomen [a] debitoris tui compelli iuris ratio non permittit.

*Auth. ex Nou. 41. c. 3.*

*HOc, niſi debitor in pecunia vel alia re mobili ſoluere nequeat. tunc enim res immobilis, quam debitor habet meliorem, ſolui poteſt, facta per iudicem ſubtili eius cauſa æſtimatione: vt rem prædictam & debitori ſoluere, & creditori liceat petere; præſtanda creditori cautela de euictione quæ debitori poßibilis ſit. quod eſt in omni actione. At ſi creditor paratus ſit emptorē rei præſtare, oportet debitorem cautela iudicis arbitrio creditori præbita, rem tunc diſtrahere, vt ſatisfiat creditori.*

17. Iidem AA. & CC. Caſſio.

MAnifeſti iuris eſt, tam alio [b] pro debitore ſoluente, quàm rebus [c] pro numerata pecunia conſentiente creditore datis, tolli paratã obligationẽ. S. Cal. Dec. Sirmij, AA. Conſſ.

*In generali ſermone non continetur perſona loquentis. Bal.*

18. Iidem AA. & CC. Domitio.

INquiſitio veritatis tolli non potuit, quòd chirographa quæ fecerat procurator tuus, recepta, tibique reſtituta ab ipſius hærede proponas cum ſubſcriptione procuratoris ſignificante, quòd [d] nihil creditoribus debeatur: cùm nihil prohibeat & creditoribus ſatisfactũ ‖eſſe,‖ & nõ veſtræ pecuniæ, ſed ipſius, cui negotium gerendũ mandaueras, proceſſiſſe ſolutionem. S. Id. Feb. CC. Coſſ.

19. Iidem AA. & CC. Diogeni.

SI actore [e] ‖ſeruo‖ tam mutuis dandis pecunijs, quam debitis recipiendis præpoſito [f], in hoc quod ſuſceperas, eius dominæ per ipſum ſatisfeciſti: inſtrumentũ inane [g] ſolutione celebrata nihil tibi nocere poteſt. Aliter enim ſoluentes ſeruo, de actione dominæ liberare ſe minimè poſſunt. S. V. Id. Oct. CC. Coſſ.

20. Iidem AA. & CC. Eucrati.

SI operas [h] certi ſerui pro pecunia ſumpta ſibi in debitum compenſare placuit creditori: his ſecundùm cõuentionis fidem præſtitis, de mancipio reſtituendo pacti tenor ſeruari debet. S. V. Cal. Nou. Hadrianop. CC. Coſſ.

21. Iidem AA. & CC. Rufo.

INtereſt multum, vtrùmne ſpe [i] futuræ numerationis ſuſcepiſſe te, quod inſtrumento continetur, ſcripſiſti, an accepta minore quantitate, tantũ quantum lectio probat, in ſcriptura conferri placuit. Nam ſuperiore quidem caſu reſidui petitio debiti manet integra: poſteriore vero conſenſu tranſactionis [k] finitis ſtare conuenit. S. 3. Non. Dec. CC. Coſſ.

22. Iidem AA. & CC. Grato.

INductum [l], ‖id eſt cancellatum [m], ‖necne ſit chirographum, veſtram [n] ſolutionem ſemel debiti cauſa factã ei, qui exigendi poteſtatem habuit, probantium, nihil intereſt. S. V. Id. Dec. CC. Coſſ.

23. Iidem AA. & CC. Vacio.

SI litterarum [o] Auxenonis contemplatione, quas ad Ariſtonem de numeranda tibi pecunia dederat, recepiſſe ‖te‖ ſcripſiſti debitum ab Ariſtone: mandato nõ impleto, cùm petitio indebiti maneat integra, nihil legitimam exactionem impedire poteſt. S. 15. Cal. Ian. Nicomediæ, CC. Coſſ.

[a] hanc legem intetpretari potes ex lege 4. ſ. *de cõpenſ.* [b] v. *d. l. 4. inf.* [c] Loci vtilitas debitori arbitraria actione poteſt eripi *l. 1. 2. 8. & 10. ff. de eo quod certo loco. §. 33. verſ. loco Inſtit. de act.* [d] permittere quidam ita legũt apud Accurſium. [e] deferri. quidã ita legunt. [f] aliàs pura actione loci vtilitatem nemo creditori auferre põt §. 33. *verſic. ſi quis tamẽ Inſtit. de act. l. 8. ff. de eo quod certo loco.* [g] *de qua v. d. §. 33. verſi. propter quã cauſam: verſic. quod vtilitas.* [h] 39. *ff. eod. l. 19. ſ. de vſur. l. 56. §. 1. ff. mãdati.* [i] niſi fortè id quod non offertur, liquidum non ſit ſed incertum *arg. l. 21. ff. de reb. cred.* [k] Solenniter fieri intelligitur, quæ iure fit. ea non eſt nuda *l. 11. ſu. de vſur.* quæ fit opportuno tempore ac loco. j. *eo. ſi eo loco. d. l. 39.* quæ purè, quæ citra conditionẽ, quę totius debiti ſ. *eo. ibi. totius debitæ pecuniæ.* Quid ſi incerta debiti ſumma? fideiuſſores dari volunt, qui de eo quod obſcurius eſt ſpondeant *Alex. cõſ. 24 nu. 9. li. 4. arg. l. 5. l. 54 inf. ff. de ſtatulib.* Quid verbalis oblatio ſufficit ne? interpretes diſſentiunt: *in l. 122. § qui Romæ* ff. *de verb. oblig. vbi v. Cuiac. 8. ad Afric. ad l. 39.* ff. *de ſolutionib.* Nonnulli aiunt, alij negant adeo vt realis in folle non ſufficiat *l. 82.* ff. *de condict. & demonſt.* põt tamen ex ſacculo exhiberi teſtibus præſentib. poſtea obſignari *l. vlt. ff. de lege commiſſ.* ac deponi in publicum *l. 19. ſ. de vſur. l. 10. ſ. de pignor. v. Ferrarienſ. in forma libelli compromiſſ. 28. in verbo legitimè obtulerit* 17. [l] adeò vt poſtea pecunia creditori pereat *l. 39.* ff. *eo.* [m] *l. 32.* ff. *de vſur.* [n] hæc vox meo iudicio ſupeſt Hic. n. agitur de effectu oblationis nõ ſolutionis. [o] Solutio legitimè facta à defuncto reuocari nõ põt *adde l. 3. ſ. de reb. alie. non alie.* [p] mancipia in ſolutum dari poſſunt *v. l. 17. j. eo. adde l. 13. ſ. de pign.* [q] Quod vxori debetur, marito ſolui nõ põt citra conſenſũ vxoris ẽt minoris XXV. annis *l. 39.* ff. *de negotijs. adde l. 8. inf.* ff. *de nouationib.* [r] Maior, ratihabitione inutilem ſolutionẽ confirmat. [ſ] putà procuratori *l. 34. §. 4.* ff *eo.* [t] Iuſſu aut ratihabitione creditoris, alij ſolui poteſt *l. 19. l. 49.* ff. *eo.* [u] nouatione, poſt acceptilationẽ liberaſti *Hal.* qua lectionis nihil facilius. [x] ea eſt differentia apochæ & acceptilationis *de qua v. l. 19. § 1.* ff. *de acceptil.* [y] *l 6. ſ. eo. l 23. j. eo. l. 6. ſ. de compenſat. l. vlt. §. 3* ff. *de cond. indeb.* [z] Confeſſio recepti per errorem facta, veritatem non extinguit. Erronea liberatio, liberatio non eſt. [a] Profeſſio recepti probat verã numerationẽ *v. l. 2. j. de apoch. Rolãd. à Valle 1. conſ. 17. nu.* 8 Profeſſio interdum fit tribus teſtibus præſentibus *l. vlt. ſup. ſi cer.* [b] Chirographi redditio minus probat quàm confeſſio recepti. Non plenè liberat debitorem imò liberat *l. 7. ſup. de remiſſ. pigno.* liberat quoties conſtat ab ipſo creditore redditum: ſin minus, non plenè liberatur *l. 15. j. eo.* [c] *dixi ad l. 14. ſup. eo.* [d] Redditio inſtrumenti, facti eſt.

[a] Nomen pecuniæ loco, inuito creditori nõ ſoluitur: volenti ſolui poteſt *l. 17. j. eod.* aut ſi debitor aliunde nõ põt *Auth. prox.* [b] Quiuis debitoris loco põt ſoluere. [c] fundo *l. 24. j. eo.* mancipiis *l. 10. ſup. eo.* nominibus *l. 16. ſup. eo.* pecorib. *l. 9. ſu. de reſcind. vi*no: *l. 10. ſupr. ſi cert.* iumentis *l. 8. ſupr. ſi cer.* aureis obryzatis *l. 2. j. de veter. numiſmat.* & ita Res pro pecunia võlẽti ſolui poteſt *l. 10. l. 16 ſup. eo. l. 24. j. eod. l. 9. ſup. de reſcin. l. 26. §. 4.* ff. *de cond. inde. adde l. 2. j. de veter. numiſm. & quæ dixi ad l. 3* ff. *de rebus cred.* [d] Procurator ſubſcribens creditoribus nihil deberi, nõ continuò fatetur creditoribus ſatis factum fuiſſe domini pecunia, neque ſibi aut hæredibus tollit ius agendi. In dubio quid dicendũ? Lex iubet veritatem inquiri *ſup. eod.* Puto præſumptionẽ ꝓcuratori ꝓdeſſe. Hinc ẽt colligunt, In generali ſermone nõ cõtineri pſonã loquẽtis. [e] *l. 4. ſup. eo. l. 49. verſ. tuto ibi vel ſeruo act.* ff. *eo.* [f] Recipiendarũ pecuniarũ præpoſito rectè ſoluitur. [g] Solutione chirographũ fit inane *adde l. 5. in fi. ſup. depoſiti. l. vlt. ſup. ad exhibend. l. 2. ſup. de condict. ex lege.* [h] Operis ſolui põt conſentienti creditori *v. l. 17. ſup. eo.* [i] Spe futuræ ſolutionis emiſſa totius debiti liberatio, nõ pręiudicat parti non ſolutæ *v. l. 6. ſup. eo.* [k] Tranſactionis cauſa ſi creditor ſe totũ recepiſſe ſcripſerit nihil amplius peti poteſt *vt hic. et d. l. 6. l. 24. l. 31. ſup. de tranſact.* [l] *v. l. 1.* ff. *de his quæ in teſtam. delentur.* [m] Etſi cancellatione inſtrumenti præſumptione debitor liberetur *l. 24.* ff. *de probatio.* non tamen ſemper exigitur cancellatio aut inductio inſtrumenti. Poteſt enim quis ſolutione liberari, etiamſi inſtrumentum neque ſit inductum neque cancellatum. [n] veſtrum *Hal.* veſtra *Cuiac. 19. obſ. 37.* vt ſit, veſtra nihil intereſt. [o] Spe futuræ numerationis plerumque debitores liberamus. Numeratione reipſa non ſecuta, non valet liberatio *l. 13. l. 21. ſup. eod.*

24. Iidem

24. Iidem AA. & CC. Rufino.

CVm pro pecunia, quam ‖ mutuo ‖ acceperas, ſecundũ placitum Euandro te fundum [a] dediſſe profitearis: eius induſtriam [b], vel euentum meliorem tibi, non ipſi prodeſſe, contrarium non poſtulaturus, ſi minoris diſtraxiſſet, non iuſtè petis. S. 7. Cale. Ian. Nicomediæ, CC. Coſſ.

25. Iidem AA. & CC. Aureliano.

SOlutionẽ aſſeueranti [c], probationis on⁹ incũbit: quo facto, chirographum condicere [d] poteſt: S. 3. Cal. Ian. Nicomediæ, CC. Coſſ.

## DE ACCEPTILAtionibus [e],
### Tit. XLIIII.

*Pupillus cum tutoris auctoritate poteſt per acceptilationem liberare: nec poteſt conueniri, niſi ex cauſa legitima. Salyc.*

1. Imp. *Antoninus* A. Apronio.

IAM tibi ſcripſi, poſſe apud iudicem quæri, an ſolennibus [f] verbis tutoris [g] auctoritate interueniente, ſoror tua acceptilatione debitorem ſuum liberauit. quare ſi in repetenda pecunia quam exoluit, diuerſa pars perſeuerauerit: vteris defenſionibus competentibus. PP. 3. Id. Feb. Duobus & Aſpris Coſſ. 213.

2. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Claro.

SI donationis [h] gratia nouatione facta per acceptilationem præſtitiſti liberationem, omnis agendi via perempta eſt. S. 6. Cal. Ian. AA. & CC. Coſſ.

3. Iidem AA. & CC. Demetriæ.

PEr Aquilianam [i] ſtipulationem pacto ſubditam obligatione præcedente ſublata, & acceptilatione, quę fuit inducta, perempta: ei qui ex nulla cauſa reſtitui poteſt [k], omnis agendi via præcluditur. S. V. Cal. Decem. CC. Coſſ.

## DE EVICTIONIBVS [l],
### Tit. XLV.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus*, AA. Munitio.

EMptor hæreditatis rem à poſſeſſoribus ſumptu ac periculo ſuo [m] perſequi debet. Euictio quoque non præſtatur in ſingulis [n] ‖ rebus, ‖ cum hæreditatem iure veniſſe conſtet, niſi aliud nominatim inter contrahentes conuenit. PP. 6. Cal. Mart. Seuero A. 3. & Victorino Coſſ. 201.

2. Iidem AA. Quartæ.

QVoniam auus tuus, cùm [o] prædia tibi donaret, de euictione eorum cauit: potes aduerſus cohæredes tuos ex cauſa ſtipulationis conſiſtere ob euictionẽ prædiorum, pro portione ſ. hæreditaria. Nudo [p] autẽ pacto interueniente, minimè donatorem hac actione teneri certum eſt. PP. 2. Calend. Mart. Antonino A. 2. & Geta 2. Coſſ. 206.

3. Iidem AA. Aureliano.

QVi rem emit, & pòſt poſſidet: quamdiu [q] euicta nõ eſt, auctorem ſuum propterea, quòd aliena vel obligata res dicatur, conuenire non põt. PP. 8. Cal. Aug. Fauſtino & Rufino Coſſ. 211.

*Si res obligata venditur, tranſit cum ſua cauſa, & ideo pignus non extinguitur. Bald.*

4. Imp. *Antoninus* A. Georgio.

SI prædium [r] tibi pro ſoluto datũ ‖ eſt, quod ‖ alijs creditoribus fuerat obligatum: cauſa [ſ] pignoris mutata non eſt. Igitur ſi hoc iure fuerit euictum, vtilis [t] tibi actio contra debitorem competit. Nam huiuſmodi cõtractus vicem [u] venditionis obtinet. PP. 11. Cal. Aug. Duobus & Aſpris Coſſ. 213.

[a] Fundus ꝓ pecunia, & ſi aliud ſit genere, in ſolutum dari poteſt volenti *l.* 17. ꝟ. *eod. adde Nouell. 4. c. 3.*
[b] Si fundus in ſolutũ datus induſtria accipiẽtis melior fact⁹ eſt, non ꝓpterea debet reſtitui etiam minori. *facit l. 2. l. 8.* ꝟ. *de reſci.*
[c] *l. 1.* ꝟ. *de probat. l. 2. l. 22. ff. de probat.*
[d] de condictione chirographi *dixi ad l. 7.* ꝟ. *de non num. l. 9.* ꝟ. *ad exhib. l. 2.* ꝟ. *de cõdict. ex leg.*
[e] *dixi ad 46. ff. 4.* quid ſit acceptilatio *vide l. 1. ff. eo.*
[f] *de quib. v. §. 1. Inſtit. quib. mod. tollit. & ſchol. 27. Eclo. 6.* τυπικοῖς ῥημάσι. *Theoph. tit. quib. mod. tollit.*
[g] Pupillus, tutoris auctoritate, accepto ferre poteſt. *l. 13. §. 10. ff. eo.* ſine cauſa nõ poteſt *l. 27. §. 2. ff. de mino.*
[h] Donationis gratia accepto ferri poteſt *vt hic.* interdum etiã ex cauſa *l. 9. ff. de præſcrip. verb.*
[i] *l. 13.* ꝟ. *ti. proximo. l. 4. l. 15. l. 30. l. 40.* ꝟ. *de tranſact. l. 27. ff. de donatio.* cuius formula ab Aquilio condita §. 2. *Inſtit. quibus mod. toll. obli.*
[k] Acceptilatio ſtipulationi Aquilianæ adiecta, ipſo iure liberat, *vt hic. & l. 4. l. 5. ff. de tranſact.*
[l] *dixi ad 21. ff. 2.* [m] Emptor vniuerſalis res ſingulas ſuo periculo ac ſũptu perſequitur. [n] Venditor vniuerſalis non tenetur de euictione rerũ ſingulariũ, niſi aliud ſit conuentũ. Rei ſingularis, tenetur *l. 66. ff. de contrah. empt.* [o] Donator euictionis ex nuda ꝓmiſſione nõ tenetur: ex ſtipulatione tenetur. *adde l. 8. in f. ff. de donat. Paul. 5. ſent. 11. §. 5.* [p] De nudo pacto *v. l. 7. ff. de pact.* [q] Ante euictionẽ nõ agitur de euictione *l. 24. l. 74. §. 2. ff. eo. l. vn. ff. de rer. perm.* niſi initio cõtractus ei euictio immineat *l. 24.* ꝟ. *eo.* Imò agitur *l. 30. in f. ff. de act. empt.* vtiq; ſi modo venditor alienã ſciuerit. [r] *v. l. 17.* ꝟ. *de ſolut.* [ſ] Debitor pignus alieni in ſolutũ dando pignoris cauſam non mutat [t] Vtilis de euictione actio datur quaſi emptori, *vt hic.* directa verò emptori. [u] In ſolutũ datio, quaſi emptio *l. 44. ff. de ſolutionib. adde Nou. 4.*

5. Idem A. Petroniæ.

EX ‖ his ‖ prædijs, quæ mercata es, ſi aliqua à venditore obligata, & necdum [a] tibi tradita ſunt: ex empto actione conſequéris, vt [b] ea à creditore liberentur. Idem etiam fiet, ſi aduerſus venditorem ex vendito [c] actione pretium [d] petentem, doli exceptionem oppoſueris. PP. 15. Cal. Oct. Duobus & Aſpris Coſſ. 213.

6. Imp. *Alexander* A. Octauio.

NOn dubitatur, & [e] ſi ſpecialiter venditor euictionẽ non promiſerit, re euicta ex empto competere actionem. PP. 8. Id. Mart. Alexandro A. Coſ. 223.

7. Idem A. Hilariano.

AVctore laudato [f], ſi euicta res eſt, fideiuſſorem (etiã ſi agi cauſam ignorauerit) conueniri euictionis nomine poſſe non ambigitur. PP. 3. Non. Apri. Alexandro A. Coſ. 223.

*Tria faciunt ceſſare periculum euictionis, omiſſa denunciatio emptoris, eius abſentia, & iudicis iniuria. Bald.*

8. Idem A. Clementino.

EMptor [h] fundi, niſi [i] auctori aut hæredi [k] eius denũtiauerit: euicto prædio, neque ex ſtipulatu, neque ex dupla, neque ex empto actionem contra venditorẽ vel fideiuſſorem eius habet. Sed & ſi [l] iudicio emptor nõ adfuit, aut [m] præſens per iniuriam iudicis victus eſt abſente auctore, vel fideiuſſore: regreſſum aduerſus eum non habet. PP. 8. Id. Dec. Alexandro A. Coſ. 223.

9. Idem A. Terentio.

SI controuerſia tibi poſſeſſionis, quã bona fide te emiſſe allegas, ab aliquo mouetur: auctori hæredive eius denuncia [n]. & ſi quidem obtinueris [o], habebis quod emiſti. Sin autem euictum fuerit: à venditore ſucceſſorẽve [p] eius conſequéris, quanti [q] tua intereſt. In quo continetur etiam eorum perſecutio, quæ in rem emptam, à te, vt melior fieret, erogata [r] ſunt. PP. 11. Cal. Ian. Alexandro A. Coſ. 223.

10. Idem A. Largo.

SI fines [ſ] agri venditor demonſtrauit, & legem dixit, intra eos neminem ingreſſurum: ſi quid inde euincatur, periculo fit auctoris. Quod ſi finib. ſuis [t], quos demonſtrauit, agrum vendidit: lis [u] finalis ad venditorem non pertinet. PP. 7. Cal. Dec. Maximo 2. & Aeliano Coſſ. 224.

11. Idem A. Clementi.

EXceptione doli rectè eum [x] ſubmouebis, quem ab auctore tuo fideiuſſorem accepiſti, ſi eius nomine controuerſiam refert, quaſi per vxorem ſuam, antequam tu emeres, comparauerit: qui venditioni adeo cõſenſum [y] dedit, vt ſe etiam pro euictione obligauerit. PP. Non. Feb. Pompeiano & Peligno Coſſ. 232.

12. Imperator *Gordianus* Auguſtus Philippo.

SIue in libertatem euictus eſt ſeruus, quem mercatus es, ſiue, cùm comparares, conuenit [z], vt ſi qua queſtio nomine eius relata eſſet, & ſi necdum euictus eſſet, tu pretium recuperares: præſes prouinciæ, quod tibi præſtandum animaduerterit, reſtitui iubebit. PP. 7. Id. Mart. Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

*Factum iudicis reputatur factum partis. Bald.*

13. Idem A. Zoilo.

SI ob cauſam iudicati [a] pignora capta ſunt ex eius auctoritate cui [b] præcipiendi ius fuit: eáque de quib. cõplecteris, tu mercatus es: fruſtra ab [c] ea quæ condemnata eſt, vel quæ in eius locum ſucceſſit [d], eorum refertur quæſtio: quandoquidem [e] & ſi euictio eorum ab alio

[a] Ante rem traditam ſolutúmve pretiũ agi põt de euictione.
[b] *l. 41. ff. de cõtrah. ep. l. 52. §. 1. ff. de act. ep.*
[c] Actio ex vẽdito venditori competit *l. 13. §. 19. ff. de act. empt.*
[d] Venditori pretium petenti opponitur de re non tradita *l. 25. l. 41. inf. ff. de act. empt.*
[e] Vẽditor ẽt citra cõuentionẽ ex ipſa cõtractus natura de euictione tenetur *l. 25. inf.* ꝟ. *eo. l. 2. l. 19. ff. eo. l. vlt. ſupr. de com. re. alienat. adde l. 12.* ꝟ. *de contr. empt. 19. Eclo. 11. ex 11. 15. c. 6.*
[f] Laudare priſca lingua, ẽ denunciare, nominatim appellare *6. Gell. 6.*
[g] Euictus vẽditori fund⁹ fideiuſſori euictus intelligitur. Reo principali, facta denunciatio, nocet fideiuſſori etiã ignoranti. *adde l. 18. inf.* ꝟ. *eo. l. 41. §. 2. ff. eod.*
[h] Tribus caſibus hîc vẽditor emptori de euictione non tenetur.
[i] Primus caſus. *adde l. 9. l. 20.* ꝟ. *eo. l. 53. inf. ff. eod.*
[k] *l. 20. in f.* ꝟ. *eod.*
[l] Secũdus caſus *l. 55. ff. eo. l. 1.* ꝟ. *de periculo.* [m] Tertius caſus *l. 15.* ꝟ. *eo. l. 51. ff. eo.* [n] *l. 8. ſup. eo.* [o] Victo emptori debetur euictio *verſ. ſin aũt.* ꝟ. *eo.* nõ vincenti *vt hic. & l. 18.* ꝟ. *eodẽ.* [p] Actio de euictione datur in ſucceſſorẽ *l. 13. l. 14. l. 20. l. 21. l. 23.* ꝟ. *eo. l. 70. ff. eo. l. vlt. ff. de except. rei vendit. l. 14. ſup. de rei vindicat.* [q] In euictione petitur quanti noſtra intereſt *l. 17. l. 21. in fi. l. 29. in f.* ꝟ. *eo.* quo ẽt continetur pretiũ numeratũ. [r] i. impenſas *l. 40. §. 1. ff. de condit. & demõſt.* [ſ] *adde l. 45. ff. eo.* [t] Aliud eſt fundũ vendere ſpecialiter expreſſis finib. *vt ſup. eo.* aliud ſuis finibus vendere. Priori caſu ſi quid euincitur, venditor obligatur: altero, nõ obligatur *facit l. 74. in f. ff. eo.* [u] Finiũ vindicatio, à vindicatione dominij ſeparatur. [x] Quem de euictione tenet actio, eundẽ agẽtem repellit exceptio *l. 13. 14.* ꝟ. *eo. l. 17. ff. eo. excipe l. vlt.* ꝟ. *eo.* [y] Conſentit venditioni, qui fideiubet *vt l. 7. in fi.* ꝟ. *quod cum eo.* [z] Valet cõuentio, vt lite duntaxat mota pretiũ reſtituatur emptori. alias citra pactum non agitur ante euictionẽ *dixi ad l. 3. ſup. eo.* [a] *l. 74. §. 1. ff. eod. l. 46. ff. de adquir. rer.* [b] aliàs pignoris venditio facta iuſſu iudicis incõpetentis, nulla. [c] Emens à iudice iudicatum exequente, debitorem habet obligatum. ideóque debitor agens non auditur. [d] *v. l. 9. ſup. eo.* [e] Ratio dubitandi ſumpta ex communi regula. Quem de euictione tenet actio, &c. *dixi ad l. 11. ſup. eod.*

ſubſecuta fuiſſet, aduerſus eos debuiſſe dari actionem, à quibus pretij ſolutio proficit, rectiſſimè reſponſum eſt. PP.16.Cal.Iun.Gordiano A.& Auiola Coſſ.240.

14.Idem A.Secundino.

SIue poſſeſſio venditoris fuit, filius [a] eiuſdémque patris heres fruſtra quæſtionem mouet: ſiue non patris, ſed filij eius poſſeſſio fuit, de qua iure hæreditario [b] auctor laudari [c] poteſt: controuerſiam mouere non poteſt.PP.14.Cal.Aug.Gordiano A.& Auiola Coſſ.240.

15.Imp. *Philippus* A.& Philippus Cæſ. Menandro.

SI non iniuria [d] iudicantis, ſed iuris [e] ratione ſuperatus es, pignus ob euictionem acceptum ſolēniter perſequi [f] potes.PP.Cal.Aug.

16.Impp.*Dioclet.& Maxim.*AA.Alexandro & Diogeni.

SVper empti agri quæſtione diſceptabit præſes prouinciæ: &, ſi portionem [g] diuerſæ partis eſſe cognouerit, impenſas [h], quas ad meliorandam rem vos erogaſſe conſtiterit, habita fructuum [i] ratione reſtitui vobis iubebit. Nam ſuper pretio euictæ portionis non [k] eum, qui dominium euicerit, ſed auctricem [l] conueniri conſequens eſt.PP.X,Cal.Iul.ipſis 4.& 3.AA.Coſſ.290.

17.Iidem AA.Mutiano.

SI cùm quæſtio [m] tibi ſuper eo, quem comparaueras, moueretur, auctorem tuum certum feciſti [n], nec [o] citra iudicis diſceptationem eum, quem emerás, tradiſti: præſes prouinciæ in damnis [p], quæ te toleraſſe meminiſti, medelam iuris adhibebit.PP.V.Id.Nou.ipſis 4.& 3.AA.Coſſ.290.

*Emptor ſerui eo pronunciato libero, agit de euictione: ſecus ſi eſſet pronunciatus ſeruus.Bald.*

18.Iidem AA.& CC.Eutychio.

SI ſtatus tibi ſuper homine venundato mota quæſtio eſt: ſolennibus [q] quę iuris admittit ratio, interpoſitis: ſi [r] ſecundùm libertatem fuerit lata ſententia, poteris de euictione ‖eius, quem comparaueras, ‖ſi neſciens eius conditionem cōparaſti, ſine aliqua dubitatione auctorē, vel eius fideiuſſores, hæredéſve eorum conuenire. Quòd ſi fuiſſe ſeruum ſententia declarauerit, intelligis ad venditorem te reuerti non poſſe.

19.Iidem AA.& CC.Theodoro.

SI obligata prædia venundediſti, & longi tēporis pręſcriptione [ſ] ſolita emptores [t] ſe tueri poſſūt: euictionis periculum timere non potes.S.2.Cale.Maij,AA. Coſſ.

*Re euicta agitur de euictione etiam contra venditoris hæredem.Bald.*

20.Iidem Auguſt.& CC.Solidio & alijs.

SI parentes [x] veſtri mancipia venundederunt, & quæſtio dominij mota eſt: emptoribus adeſſe, ac defendere cauſam non prohibemini. Quòd ſi eis [y] hæc etiam euicta ſunt, inſtauratio litis ex perſona veſtra, ſi appellationem non interpoſuiſtis, contra ius deſideratur. Empti ſanè iudicio pro euictione ſi cōueniri cœperitis, nec [y] vobis negotium vt defendatis denuntiatum probetur: intelligitis quatenus voſmetipſos tueri debeatis.S.6.Cale. Iul.AA.Coſſ.

21.Iidem AA.& CC.Heliodoro.

EMpti [z] actio longi temporis præſcriptione non ſubmouetur [a], licèt poſt multa ſpatia rem euictam emptori fuerit comprobatum. Si itaque is, quem te cōparaſſe commemoras, nunc in libertatem proclamet: interpellare venditorem, ſiue ſucceſſorem eius debes, vt tibi aſſiſtant, cauſámque inſtruant. Quem ſi liberum [b] eſſe, vel ſeruum non eſſe, fuerit pronuntiatum: nec te conuē-

[a] Filius non euincit rē à patre vēditā. [b] v.l.9.ſ.eod. [c] *dixi ad dict.l.11.* [d] v.l.8 *inf.ſ.eo.adde l.5.l.51.ff.eo.19.Eclog.11.c.43.* [e] i. re legitimè euicta. [f] *l.2.ſ.de partu pignor.l.2.inf.ſ.de prædijs min.* Pignus ſubſidium rei. [g] Etiam euicta parte, vēditor tenetur de euictione, *l.10.ſ.eod.* [h] *l.9.in fin.ſ.eo.l.45.§.1.ff.de act.empt.* [i] perceptorū ſc. [k] Euincens, pretium reſtituere non tenetur. [l] i. vēditricē. eadem ratione dicitur qua ab Ammiano 29. Ambeſtrix: ab Africano adſeſtrix, poſſeſtrix, impulſatrix, curatrix, plauſtrix, & in legib⁹ noſtris, *l.74.inf.ad Trebell.*Petitrix: & Venditrix, *l.8.ff.de lege commiſſ.* Teſtatrix *le.20.ff.ſi ſerui.* [m] Debetur euictio ēptori, non vltro rem reſtituenti, ſed ex ſententia v.*l.56.§.1.ff.eod.* [n] i.nominaſti *l.8.ſ.eo.l.29.j.eod.* [o] i. nō vltro. [p] *dixi ad l.9.ſ.eod.* [q] ius antiquū in forte adſerēdi intelligit, de quo ſ. de adſertione tollenda. [r] Emptor ſerui, ſi ſeruus liber pronunciatus, agit de euictione vt *hic.*ſi ſeruus, non agit *verſ.quod ſi j.eod.* Cur ita? Emptori victo, nō vincenti, vēditor tenetur de euictione *l.9.ſ.eo.l.21.inf.j.eo.* [ſ] v.*l.21.j.eo.* [t] Emptoris præſcriptio venditori prodeſt *adde l.54.ff.eod.l.2.in fin.j.de reb.alien.19.Eclog.11.ex tit.15.c.19.* [u] Agitur de euictione in hæredem venditoris *dixi ad l.9.ſ.eod.* [x] Quod ſemel euictum eſt defuncto, ab hærede non poteſt retractari. vel ita, Venditor, cùm euictio fit, adeſſe poteſt: vbi ea facta eſt litem inſtaurare nequit, niſi appellauit *Eclog.dic.loc.c.20.in pr.* [y] Denuncinanda eſt etiam venditoris ſucceſſoribus euictio *l.8.ſup.eo.* [z] Duæ emptori actiones præcipuæ de euictione vna empti, *vt hic.& l.25.inf.j.eod.*altera ex ſtipulatione duplæ. [a] *Eclog.dicto loco c.20.inf.*Imò ſubmouetur *l.19.ſup.eod.*non ſubmouetur in his quæ præſcribi non poſſunt *vt hic.& l.vlt.ſup.de longi temp.præſcript.quæ pro libert.* [b] *l.18.ſup.eod.*

tione remiſiſſe periculum euictionis fuerit comprobatum: præſes prouinciæ, ſi res integra eſt, quanti tua [a] intereſt, reſtitui tibi prouidebit.S.11.Cal.Aug. Serdicæ AA. Conſſ.

22.Iidem AA.& CC.Iulio.

CVm tibi liberum venundatum fundum ab auctore proponas: ſi ex antecedente obligatione, quòd debebatur, iure ſoluiſti [b]: ſtipulationem, quam ſubiectā emptioni de indemnitate proponis, ipſius conceptio [c] commiſſam manifeſtè declarat.S.7.Cale. Sept.Viminacij, AA.Conſſ.

*Succeſſoribus venditoris in quocunque gradu, eſt denunciandum.Bal.*

23.Iidem AA.& CC.Euſtochiæ.

CVm ſucceſſores [d] etiam venditoris pro euictione teneri poſſint: ſi velut obligata ſibi reſpublica Theſſalonicenſium pignoris inſtituat iure perſequi, quę comparaſti: auctoris hæredibus quocunque gradu conſtitutis adſiſtere negotio denuncia. Quòd ſiue præſentibus his fundus, quem emiſti, fuerit euictus, ſiue abſentib. poſtea, quanti [u] tua intereſt rem euictam non eſſe, teneri, non quantum [e] pretij nomine dediſti, ſi aliud non placuit, publicè notum eſt.S.2.Cal. Ian. Sirmij AA.Coſſ.

24.Iidem AA.& CC.Eutychio.

SI poſt perfectam venditionem ante [f] pretium numeratum rei venundatæ mota fuerit quæſtio, vel mancipia vendita proclamēt in libertatem: cum in [g] ipſo limine contractus immineat euictio: emptorem, ſi [h] ſatis ei non offeratur, ad totius vel reſidui pretij ſolutionem non compelli, iuris auctoritate monſtratur. Vnde cum parte pretij numerata, domus quam emiſti, tibi velut pignoris iure obligatæ, ne ad emptionem accederes, denūciatum ab aliquo proponas: iudex tibi quæ ex emptione veniunt, præſtari prouidebit.S.6. Calc.Febr. Sirmij, CC. Coſſ.

25.Iidem AA.& CC.Saturninæ.

SI tibi liberam Saturninus conditionem eius ignorās diſtraxit, ac nunc eam defendit in libertatem: hac libera pronunciata, venditorem vel ex ſtipulatione duplę, quantum [i] in hanc deductum eſt, vel empti [k] actione, quanti [l] tua intereſt, conuenire potes.S. Idib. Febr. AA. Coſſ.

26.Iidem AA.& CC.Neoni.

SI quis tibi ſeruum vendidit: poſtquàm is rebus humanis exemptus [m] eſt, cùm euictionis periculum finitū ſit, à te conueniri non poteſt.S.2.Calen.April.Sirmij, CC.Coſſ.

27.Iidem AA.& CC.Theophilo.

SI fundum ſciens [n] alienum vel obligatum comparauit Athenocles, neque quicquam de euictione conuēnit [o]: quod eo nomine dedit, contra [p] iuris poſcit rationem. Nam ſi ignorans: deſiderio tuo iuris forma negantis hoc reddi refragatur.S.15.Cal.Oct.CC.Coſſ.

28.Iidem AA.& CC.Maximiano & alijs.

EMptori etiam venditoris [q] iura prodeſſe non ambigitur. Si igitur vobis propter rei proprietatem mota fuerit quæſtio: tam proprijs quàm venditoris defenſionibus vti poteritis.S.3.Non.Oct.* Scuppis, CC. Coſſ.

29.Iidem AA.CC.Rheſo.

SI permutationis [r] gratia prædia curatoribus quondā fratris tui mater tua dedit: his, quæ in eorum vicem accepit, poſteaquàm ad defenſionem fuerit denuntiatum [ſ], vel cùm eorum non haberet facultatem, euictis quanti [t] intereſt, eos conueniri poſſe, rationis eſt. S. Idib. Dec.Nicomediæ, CC.Coſſ.

30.Iidem AA.& CC.Haſtio.

NOn [u] ex eo, quòd duplum‖is, ‖qui à matre ‖tua‖ mācipium comparauit, euictionis nomine ſtipulatus eſt, alienæ rei ſcientia conuincitur: nec opinio eius ex hoc læditur, vt malæ fidei emptor exiſtimetur. Alijs itaque hoc indicijs, ſi vis, probare debes. S.Id. Decembr. AA.Conſſ.

31. Iidem AA.& CC.Agathoni.

Heredem

[a] *dixi ad l.8. ſup.eod.* [b] Stipulatus de indemnitate, hypothecaria conuentus, creditori vltra debitum offerre pōt nō expectata euictionis ſentētia: quo ſecuto, ex empto agitur ad indemnitatem promiſſam. [c] v.*l.21.inf.ſ.de liberali.* [d] *dixi ad l.9. verſ.ſin autē ſ.eod.* [u] *d. verſ. ſin autem.* [e] i.non id tantum quod. [f] *l.18.in f.ff.de periculo & commodo.* [g] In limine venditionis euictione imminente, pretij vel reſidui nomine, emptor citra fideiuſſionem conueniri nō poteſt. [h] *l.vlt.ff.de reſcind.l.penul.ff.de periculo.* [i] *vide l.74.ff.eod.* [k] v.*l.6.l.21.ſ.eod.* [l] v.*l.9.ſ.eod.* [m] Re ante litem perēpta, ceſſat euictio *l.21.ff.eod.* [n] Malæ fidei emptor de euictione actionem nō habet. Non datur ei de euictione actio, qui ſciēs prudens fundū alienum cōparauit, niſi euictio ſpecialiter ſit promiſſa *vt hic.l.7.in f.ſup.com.vtr.iud.l.vlt.ſup.com.de lega.* [o] *d.l.7.l.4.§.5.ff.de dolo mali.* [p] Imò non cōtra *l.1.ſup.ſi vendit.pigno.* [q] Ius venditoris emptori pdeſt *vt hic.& l.76.§.1.ff.eo.l.156.§.2.3.ff.de reg.iur.* & è contra, Præſcriptio emptoris venditori prodeſt *l.19 ſup.eo.* [r] Permutanti debetur euictio *l.1.in fi.ſup.de rerū permutat.facit l.4.in fi.ſup.eo.* [ſ] *adde l.8.ſup.eo.* [t] *l.9.ſup.eo.* [u] Stipulatio duplæ propter euictionem, non arguit emptorem malæ fidei *vt hic.* Præſumitur bona fides in poſſidente *vide Alciat.præſumpt.5.*

HEredem [a] fideiuſſoris rerum, pro quibus defunctus apud emptorem interceſſerat pro venditore, factū eius, cui ſucceſſit, ex ſua perſona dominium vindicare non impedit, ſ. euictionis cauſa durante actione. S.18. Cal.Ian.CC.Conſſ.

### CREDITOREM EVICTIonem‖pignoris [b]‖non debere, Tit.XLVI.

*Creditor vendens iure creditoris rem quam putabat eſſe debitoris, non tenetur de euictione, niſi expreſſe promiſerit.*

1. Imp. *Alexand.* A.Publicio.

CVm iure [c] creditoris propter fiſci debita prędium obligatum procurator meus venundedit, euictio non debętur: quia & priuatus creditor eodem iure vtitur: niſi nominatim hoc repromiſſum à priuato fuerit creditore. Si tamen fiſcus in ius alterius creditoris ſucceſſit, emptori non iuſta nomine fiſci mouetur controuerſia: ſiue quia potior fuerat quando vendebat, ſiue quia infirmior: quoniam hoc [d] vtique præſtare debet qui pignoris iure vendit, potiorem ſe cæteris eſſe creditoribus. PP.15.Calen Nou. Maximo 2.& Aeliano Conſſ.232.

2. Imperator *Gordianus* Auguſtus Sabinæ.

SI à creditrice iure pignoris fundos obligatos pater tuus comparauerat: euictis prædijs ita demum petitionē aduerſus creditricem habere iure potes, ſi [e] vel cum vendidit, de euictione rei promiſit: vel etiā dolo malo, cum ſciens prudénſque eſſet rem ſine [f] vitio non eſſe, eam patri tuo cui ſucceſſiſti, venū dedit. Nam ſicuti genus huiuſmodi contractus inſciū creditorē vinculo euictionis non adſtringit: ita eum qui fraudem admiſit, vel decepit, non excuſat. PP.7.Id.Apr.Sabino 2.& Venuſto Coſſ.241.

### DE PATRIA [g] POteſtate, Tit.XLVII.

1. Impp. *Antoninus & Verus* AA. Titio.

SI filium tuum in poteſtate tua eſſe dicis: præſes prouinciæ æſtimabit, an audire te debeat: cum diu paſſus [h] ſis, vt patrisfamilias res eius agi per eos, qui teſtamento matris tutores nominati fuerunt. PP. ſine die & conſule.

2. Imperator *Antoninus* Auguſtus Maroniæ.

EIus quod in poteſtate patris agens habuiſti, dominium † ad patrem tuum pertinuit, extra ea, quæ non acquiruntur. PP.15.Calend.Mart. Læto 2.& Cereale Coſſ.216.

*Filius res acquiſitas alienare non poteſt, & ſi patrem offendit, poteſt caſtigari per patrem. Bal.*

3. Imperator *Alexander* Auguſtus Artemidoro

SI filius tuus in poteſtate tua eſt, res acquiſitas tibi alienare [i] non potuit. Quem, ſi pietatem [k] patri debitam non agnoſcit, caſtigare [l] iure patriæ poteſtatis non prohiberis: acriore remedio vſurus, ſi in pari contumacia perſeuerauerit: eúmque præſidi [m] prouinciæ oblaturus [n], dicturo ſententiam, quam [o] tu quoque dici volueris. PP.6.Id.Dec. Albino & Maximo Coſſ.228.

4. Impp. *Valerianus & Gallienus* AA.Calæ.

COngruentius quidem videtur, intra [p] domum inter te ac filios tuos, ſi quæ controuerſiæ oriuntur, terminari. Sed ſi ita res fuerit, vt‖pro‖iniurijs corū & ad ius experiendum, & ad vindictam proceſſeris, aditus præſes [q] prouinciæ ſuper diſceptationibus quidem pecuniarijs conſuetum exerceri iubebit ordinem iuris: reuerentiam [r] autem debitam exhibere matri filios coget. Et ſi ꝑfectā ad inclementiores iniurias imꝓbitatē deprehenderit, læſam [a] pietatem ſeuerius [b] vindicabit. PP. 15. Cal.Iun.Aemiliano & Baſſo Conſſ.260.

5. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA.Donato.

FIlia tua non ſolùm reuerentiam [c], ſed etiam ſubſidiū [d] vitæ vt exhibeat tibi, rectoris prouinciæ auctoritate compelletur. PP. Cal.Mart.Diocletiano 3.& Maximiano AA.Coſſ.287.

6. Iidem AA.Hermogeni.

ABdicatio [e], quæ Græco more [f] ad alienandos liberos [g] vſurpatur, & ἀποκήρυξις [h] dicebatur, Romanis legibus non comprobatur [i]. PP.17.Cal. Dec.Maximiano A.2.& Ianuario, Conſſ.288.

7. Iidem AA.& CC.Duplianæ.

SI maritus tuus, licèt [k] militans, in patria poteſtate cōſtitutus filium‖ex‖legitimis ſuſcepit nuptijs: eum in poteſtate aui perſeueraſſe nō ambigitur. S.2. No.Apr. CC.Conſſ.

8. Iidem AA.& CC.Aemilianæ.

LIbertos [l] exemplo ingenuorum filios ſuos poſt libertatem ex legitimis nuptijs natos, in poteſtate habere, non eſt prohibitum. S.16. Calen.Maij, Sirmij, CC. Conſſ.

9. Iidem AA.& CC. Niconagoræ.

NEc filium negare [m] cuiquam eſſe liberum, ſenatuſconſulta [n] de partu agnoſcendo, ac denunciata [o] pœna, item præiudicium [p] edicto perpetuo propoſitū, & remedium [q] alimentorum apud præſidem maiori trimo [r] petenti [ſ], nomine eius monſtratum, iure manifeſto declarant. S.V.Cal.Maij Sirmij, CC.Conſſ.

10. Imperator *Conſtantinus*, Aug.ad Maximum P.V.

LIbertati [t] à maioribus tantum impenſum eſt, vt patribus, quibus ius [u] vitæ in liberos, necíſque poteſtas‖olim‖erat permiſſa, libertatem eripere [x] non liceret. Datum XV.Calend.Iun. Theſſalonicæ, Seuero & Rufino Conſſ.323.

### DE ADOPTIONIBVS [y] Tit. XLVIII.

1. Imperator *Gordianus* Auguſtus, Martiæ.

HI, qui in aliena poteſtate ſunt, iuxta ius ciuile non niſi apud eum, apud quem plena legis [z] actio eſt, adoptari poſſunt. PP. Cal.Iun.Gordiano Aug.& Auiola Conſſ.240.

*Impuberis arrogatio à principe impetrata, præſidi eſt intimanda: qui cum magna inquiſitione habet illam concedere. Salyc.*

Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Timotheo.

IMpuberem [a], quem ad vicem [b] naturalis ſobolis

[a] exceptio eſt ad l.11.*ſup.eo.* eo ſenſu, In fideiuſſoris hærede ceſſat regula, Quem de euictione tenet actio, eūdem agentē repellit exceptio, ſi agat nomine proprio.

[b] hęc vox ſupereſt in editione Haloandri.

[c] *l.11.§.16.ff. de act. empti. l.10. ff. de diſtract.pignor. l.50.ff.de euictionib.*

[d] Creditor iure pignoris vendens, potiorem ſe cęteris creditoribus eſſe pręſtat, at non euictionē *ad de l.11.§.15.ff. de act. empti.*

[e] Creditor rē iure pignoris vendēs, de euictione teneri pōt ex pacto: aut ſi mala fide cōtraxit, ſilendo rem eſſe alterius.

[f] id eſt, obligatam *l. 11.§. 18. ff. de act. empt.* Vitiū rei, ipſius rei obligatio.

[g] 1. *Inſtitu. 9. & 31. Eclog.1. ca.* περὶ ὑπεξουσίων *1.Ca. 2.§. Vlt.*

[h] Liberatio poteſtatis ꝓſcribitur. Diutina patientia pro veritate eſt.

† Filius in poteſtate patri adquirit dominium rerū omnium, exceptis caſtrēſibus *vt hic.* hodie aduentitiorum nudum vſum fructum *l. 6. l. 8. C. de bon. qua liber.§.1. inf.Inſti. per quas perſonas cuique.*

[i] Filius res patris alienare non poteſt. [k] Pietas patri debetur. [l] Patri permiſſa eſt liberorū caſtigatio. [m] *l.4.J.eo.l.2.ff.de ſicar.* Pater filium indemnatum, inaudita & indicta cauſa interficere non poteſt, *Vide Cuiac.4. obſ.*12. eadem ratio in ſeruo *Gaius 1 Inſt.adde Cuiac.6.obſ.17.* [n] Pater filium accuſare poteſt, *d.l.4.d.l.2.* [o] Impietas in parentes ex ipſorum parentum (ſi velint) ſententia vindicatur. [p] Inter parentes & liberos lites priuatim dirimendæ. *adde l.16.ff.de furtis.* [q] *V.l.3.C.eo.* [r] Reuerentia matri debetur. *Vt hic l.5.J.eod.*

[a] Læſa pietas ſeuerius vindicanda.

[b] parente ēt non cōſulto.

[c] *l.4.verſ.ſed ſi inf.C.eod.*

[d] i. alimenta. *l.1.C.de alendis liberis.*

[e] id eſt ignominioſa miſſio, multum differēs ab exhæredatione *l. pē. infra eo.adde l.132.ff.de Verbor.obl.* Abdicatus, familia eiectus. hoc tamē intereſt, Abdicatio fit inter viuos: exhæredatio cauſa mortis. Vtrunq; cōiunxit Tertullianus *de præſcriptionibus*, quos exhæredauerūt ſemper & abdicauerunt vt extraneos.

[f] Veſtib.ſpoliatus dimittebatur abdicatus. qui abdicatum recepiſſent læſæ reipublicæ fiebant. A parentib. recipi poterant, & rurſus abdicari, fiebat ad tempus etiā abdicatio, *Seneca lib. contron. V. Alcia. 2.diſp. 28. his adde exhæredationū cauſas ex Nou.115.* [g] & è contra ad alienandos parētes, *Vide Ariſt.8.Ethi.14.* [h] quidam legunt ἀποσέρησις. Alciatus videtur legiſſe ἀποκήρυσις *2.diſp.28.* dicitur ἀποκήρυξις quod parentes abdicaturi, ſoleant liberos ὑπὸ κήρυκος, ἐναντίων ἁπάντων ἀπειπεῖν *Plato 11.de legibus.adde Fabium 3.c.6. & 7.c.4. Plinium 7.c.45.* [i] Cauſæ abdicandi eæ fuerunt, ſi filius noctu foris cubuiſſet, ſi commeſſaretur, ſi lenones pulſaſſet, ſi libidini incumberet. *Lucianus in abdicato:* ſi voluntati paternæ repugnaſſet *Fabius.* [k] Militia nemo ſoluitur patria poteſtate *§.4.Inſt.quib.mod.ius pat.poteſta.* [l] Liberti filios in poteſtate habere poſſunt *l.7.C.de ſuis. l. 2. C.de ſeru.reipub.* [m] i. abdicare *l.6.C.eo.* [n] Plaucianum ſc.& aliud quod factum eſt Adriani temporibus *l.3.§.1.ff.de liberis agnoſ.* [o] denunciari *Cuiac.19. obſ.Vlt.l.1.§.4.ff.de liber.agnoſcen.* Pœna mariti denunciati intelligitur. [p] de agnoſcendis liberis, *Vide 13 Inſt.de act.* [q] *lex 5.ff.de liber.agnoſcen.* [r] id eſt nuper lacte depulſo, exuberi, delactato, ſyringiato. quia non ſolebāt ante triennium infantes mamma depelli. *Vide 2.Machab.7.* υἱὲ ἐλέησόν με τὴν θηλάσασάν σε ἔτη τρία. & in lege Papia, *apud Vlp.16.§.1.* duo trimi i. nuper mamma depulſi, *Vide Cuiac.dicto loco.* [ſ] petendi *Cuiac.ibid.* [t] Fauor libertatis. [u] *Vide l.11.in fine ff.de ſuis.* [x] *l.6.C.eo.l.12.C.de oblig. V. l.1.C.de patrib.qui filios diſtr.l.Vlt.ff.qua res pign.Paul.5.ſent.1.§.1.* [y] *dixi ad 1.ff.7.33.Eclog.1.* περὶ υἱοθετηθέντων καὶ υἱοθετουμένων *1.Inſt.11.adde Nouell.74.c.3.Cai.1.Inſtit.5.Vlp.8.2.Harmenop.8.* [z] Adoptio, eſt legis actio *l.4.ff.eo.Vide l.1.ff.de off.iurid. l. 2.ff.de officio proconſulis.* Conſtabat ſolennitate *l.4.J.eo.l.5.C.de ſuis & legit.* inde à Theoph. νόμιμος πρᾶξις. non tamen refertur inter actus legitimos *l. 77.ff.de regulis iuris.* ſolennibus adoptionis iam ſublatis. [a] *§.3.Inſtit.eod.* [b] hinc adoptio, naturæ ſimilitudo à Caio *1.Inſt.3.§.1.*

arrogare [a] deſideras, ſi hi, qui ſanguinis [*] neceſſitudine ‖ſibi‖ iunguntur, id ei expedire apud præſidem prouinciȩ confirmauerint, filium habebis: ita vt bonorum tuorum quarta [c] pars tam in poſtremo iudicio tuo, quàm ſi à te emancipatus fuerit, ei præbeatur, & ſuper patrimonio eius idoneis fideiuſſoribus [d] datis ſeruo publico [e] caueatur: ne ſub copulandæ adoptionis obtentu, in facultates eius quæ ei diligenti prouiſione ſeruandæ ſunt, irruas. Arrogatio etenim ex indulgentia principali facta, perinde valet apud prætorem vel præſidem intimata, ac ſi per populum [f] iure antiquo facta eſſet. PP. V. Id. Mart. Maximo 2. & Aquilino Conſſ. 286.

3. Iidem AA. Martiano.

CVm eum, quem arrogaueris, libertum [g] tuum eſſe profitearis, nec vllam idoneam cauſam precibus addideris, id eſt, quòd [h] liberos non habeas: intelligis iuris auctoritatem deſiderio tuo refragari. PP. 16. Cal. Iul. Maximo 2. & Aquilino Conſſ. 286.

4. Iidem AA. & CC. Proculiano.

ADoptio non [i] tabulis [k], licèt per tabellionem [l] conficiendis, ſed ſolenni [m] iuris ordine apud præſidem ſolet copulari. PP. Cal. Sept. ipſis 4. & 3. AA. Conſſ. 290.

*Mulier non poteſt adoptare quem in filium, niſi permiſſu principis in ſolatium liberorum amiſſorum. Salyc.*

5. Iidem AA. & CC. Syræ.

MVlierem [n] quidem, quæ [o] nec ſuos filios habet in poteſtate, arrogare non poſſe certum eſt. Verum [p] quoniam in † ſolatium amiſſorum tuorum filiorum, priuignum [q] tuum cupis vicem [r] legitimæ ſobolis obtinere: annuimus votis tuis ſecundùm ea, quæ annotauimus: & eum perinde atque ex te progenitum, ad vicem naturalis legitimique filij habere permittimus. PP. 3. No. Dec. Triballis, Tiberiano & Dione Coſſ. 291.

6. Iidem AA. & CC. Meliano.

ARrogationes eorum, qui ſui [s] iuris ſunt, nec in regia vrbe, nec † in prouincijs, niſi ‖ex‖ [t] reſcripto principali fieri poſſunt. PP. VI. Non. April. Byzantij, CC. Conſſ.

7. Iidem AA. & CC. Attico.

IN adoptionem quidem alienæ ciuitatis [u] ciui rectè dato additur [x] non mutatur patria [y]: ac propterea ius originis in honorum ac numerum obſequio per adoptionem non minui perſpicis. S. 11. Calend. Febr. Sirmij, CC. Conſſ.

8. Iidem AA. & CC. Iſioni.

IN adoptionem patre, in cuius eſt poteſtate, filiam dante: matris [z] patronus adoptare non prohibetur. Nam ſui iuris arrogatio fœminæ niſi ex noſtro reſcripto nũquàm procedit. S. V. Id. Feb. CC. Conſſ.

9. Iidem AA. & CC. Marino.

ADoptatum, licèt ex beneficio noſtro, emancipatione [a] ſolenni ſeparare à familia ſua pater adoptiuus minimè prohibetur.

*Adoptatus ab extraneo, in eius poteſtatem non redigitur: nec habet ius expugnandi teſtamentum eius per contra tabulas, vel querelam: ſed ab inteſtato ſuccedit, niſi prius fuerit emancipatus.*

10. Imperator *Iuſtinianus*, A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm in adoptiuis filijs, qui filijfamilias conſtituti, à patribus naturalibus alijs in adoptionem dantur, antiquæ ſapientiæ incidit quædam dubitatio, ſi oporteret talem filium, qui præteritus à naturali patre fuerat, habere contra eius teſtamentum de inofficioſo actionem (quam Papinianus [b] quidem negat, Paulus autem ſine effectu derelinquit, Martianus verò diſtinguit, ne ex hac cauſa vtriuſque patris perderet ſucceſſionem, naturalis quidem voluntate eius circumuentus, adoptiui propter egeſtatem quam fortè habebat) & iterum aliud vitium erat exortum: (ſi enim poſt patris naturalis obitum pater adoptiuus per emancipationis modum ius adoptionis diſſoluiſſet, nulla ſpes ei remanebat: neque ‖enim‖ cõtra patris naturalis voluntatem, quia mortis eius tempore in aliena fuerat familia conſtitutus: neque contra adoptiuum patrem, quia per emancipationẽ eius familia exemptus eſt) ideo talem dubitationem ‖reſecantes,‖ & tale vitium corrigentes, ſancimus [c] per adoptionem quidem ad extraneam perſonam factam, iura naturalis patris minimè diſſolui, ſed ita eum permanere, quaſi non fuiſſet in alienam familiam tranſlatus. Cum enim tanta fragilitas [b] eſt adoptionis, vt poſſit in ipſo die & filius fieri, & extraneus per emancipationem inueniri: quis patiatur iura patris naturalis nexu diuino [c] copulata, ludibrio defraudari? cùm in hoc caſu & contradicendi [d] filio ex iure veteri detur licentia, & inuitus [e] tranſire ad aliam non cogitur familiam. Omnia igitur (ſecundũ quod iam diſpoſuimus, cùm ad extraneum patrem filius per adoptionẽ transfertur) maneant integra iura, ſiue ad inofficioſi querelam, ſiue ad alias omnes ſucceſſiones, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento, quæ liberis deferuntur: vt ipſe poſſit & prodeſſe [f] patri naturali, & ab eo naturalia debita percipere. Si verò pater naturalis auo materno [g] filij ſui, vel ſi ipſe fuerit emancipatus, ‖etiam‖ auo paterno, vel proauo ſimili modo paterno vel materno filium ſuum dederit in adoptionem: in hoc caſu, quia in vnam perſonã cõcurrunt & naturalia & adoptionis iura, maneat ſtabile ius patris adoptiui, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis nodo conſtrictum: & ad eum ſolum reſpiciat filius, cui eum & natura aggregauit, & lex per adoptionem aſſignauit. & Papiniani ſententia in hac ſpecie procedat, & ad eam tantummodò filius adoptiuus ſpem totam extendat, & non [h] patris naturalis ſucceſſionẽ moleſtare concedatur: ſed auita & proauita tantummodo reuerentia protegatur: eique acquirat quæ poſſunt acquiri & prodeſſe. Et is ei ſolus pater intelligatur, quẽ lex fecit, & natura non dereliquit. Neque enim Martiani diſtinctioni locum eſſe in hoc caſu inuenimus, vbi nullius circumuentionis [i] ſuſpicio poteſt aliquam ſibi vindicare licentiam, auita & proauita affectione hæc omnia reſecante: ſed hæc ‖omnia‖ manere integra, niſi auus & proauus emancipatum fecerint filium adoptiuum. Tunc etenim neceſſe eſt iterum ad patrem naturalem eum reuerti cùm emancipationis interuentu adoptio in quacunque perſona facta ſoluitur. 1 ¶ Sed ne articulum adoptionis in extraneam perſonam factæ, ſine lege relinquamus: licentiam damus tali adoptiuo patri, id eſt extraneo, ſi voluerit, nihil ei teſtamento ſuo relinquere, ſed quicquid ei reliquerit, hoc liberalitatis ſit, ‖&‖ non legitimo vinculo adſtrictum. Cùm enim per omnia naturæ ſuæ filium aggregauerimus: manifeſtiſſimum eſt, quòd & acquiſitiones omnium rerum, quæ ad filiumfamilias peruenerint, ſecundùm leges noſtras, non adoptiuo extraneo patri, ſed naturali [k] vſque ad modum vſusfructus perueniant, & permaneant in ſacris [l] patris naturalis, quaſi imaginaria [m] quadam & noua affectione ei acquiſita, non priſtinæ cognationis deminutione introducta, Sed ſi qui idem remaneat in tali adoptione: nulla interueniente emancipatione, in hoc tantummodò prodeſſe ei volumus adoptionem, vt non ſucceſſione ab inſtetato patris extranei adoptiui defraudetur, ſed habeat acceſſionem fortunæ ‖ex patris naturalis ſibi voluntate acquiſitam. ‖ Neq; enim ex veteri iure cognatiõis nexus naturalis patris per adoptionem filio diſſoluebatur, ſed accedebant iura adoptiua, certis reliquijs ex iure naturali remanẽtibus: & qui legitimus erat familiæ adoptiuæ, is naturali fuerat cognatus. Quis enim materna [n] iura poſſet abolere, cũ videbatur & ex antiquo iure patrem quidem habere adoptiuum, matrem autem eam, quam natura cognoſcit? Et ideo ſancimus, etſi habeat huiuſmodi filius iura integra naturæ, attamen, ſi inteſtatus pater ‖extraneus‖ adoptiu' deceſſerit, habere eum etiam ſui hęredis ius ad eius tantummodò ſucceſſionem: vt non etiam legitima iura ad familiam extranei patris adoptiui habeat, nec ipſa ad eũ communionem aliquam habeat, ſed quaſi extraneus ita ad illam familiam inueniatur. 2 ¶ Sin aũt per emancipatione iura adoptiua fuerint diſſoluta, tunc nullus ei penitus regreſſus ad adoptiuũ extraneũ patrẽ, etſi moriatur inteſtatus, relinquatur: ſed maneat tantũmodò patrẽ naturalem cognoſcens, tanquã non fuiſſet ab initio in adoptionem tranſlatus. 3 ¶ Quæ autem de alijs adoptiuis diximus, hæc ſancimus etiam de his, qui ex Sabiniano ſenatu

---

[a] quemadmodum fiat adrogatio.
[b] *facit l. 17. §. 1. ff. eod.*
[c] *Vide §. 3. Inſtit. eo. l. 39. ff. eod.*
[d] *l. 17. in fine. lege* 18. *ff. eod.*
[e] perſonæ publicæ *d. §. 3.* tabellioni *l.* 4. *j. eod.*
[f] de adrogatione per populum, *vide Vlpianum* 8. §. 2. 3. *Gai.* 2. *Inſtit.* 3. §. 4. 5. *Gell.* 19.
[g] Libertus arrogari poteſt *l.* 8. *j. eodem.* 5. *Gell.* 19.
[h] Iuſtam adrogandi cauſam habent qui liberos non habent *l.* 15. §. 2. *l.* 17. *in f. ff. eod.*
[i] In adoptione non ſufficit tabulas & inſtrumenta interuenire, niſi iudicis auctoritas interuenerit.
[k] An teſtamẽto fieri põt? poteſt, *Velleius Paterculus lib. 2. vide Cuia. 7. obſ. 7.*
[l] *dixi ad l.* 2. *s. eod.*
[m] *Vide l.* 1. *s. eod. adde Renardum. c. 6. de auctoritate prudentũ.*
[n] Mulieres non adoptãt §. 10. *Inſti. eodem: Vlpian.* 8. §. 9. 1. *Gai.* 5. §. 3. 5 *Gell.* 19. *l.* 29. §. 3. *s. de inoff. l.* 8. *s. de præſcript. longi.* 4. *Harmenop.* 8. 33. *Ecloga* 1. *c.* 46.
[o] Ratio cur fœminæ nõ adoptant neglecta Leonis Nouc. 27.

[p] Exceptio. † Ex Nouella Leonis 27. licet mulieribus adoptare, etiamſi nunquam liberos habuerint. [q] Priuignus adoptari poteſt *vt hic. & lege* 32. *in fine ff. eod. adde quæ ſcripſi ad leg.* 1. *s. vbi pupill.* [r] *lege* 2. *s. eod.* [s] Adrogantur qui ſui iuris ſunt *lege prima in fine, ff. eod.* † olim fiebat tantũ Romæ: adoptio, vbique *Vlpian.* 1. §. 4. [t] adrogatio fit ex reſcripto *vt hic. & lege* 9. *j. eod. Ecloga dicto loco cap.* 47. [u] Ciuis alienæ ciuitatis adoptari poteſt. [x] id eſt augetur *adde lege* 35. *ff. eodem. lege* 15. §. *tertio, l.* 17. §. 9. *ff. ad municip.* [y] originis ſc. [z] Ex liberta filiam adoptare poſſumus *l.* 3. *s. eo.* [a] *Vide j. de emancipationibus* §. 6. *Inſtit. quib. mod. ius patriæ.* addatur & hæc trium iuriſconſultorum diuerſitas his quæ dixi *ad Vlpia.* 11. §. *vlt. l.* 32. §. 1. *ff. de liberat.*

---

[a] Adoptatus ab extraneo ſuccedit etiã patri naturali §. 2. *Inſti. eo.* §. 5. *inf. Inſti. de exhæreda. lib.* §. 14. *Verſ. hoc ſolito: Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.*
[b] Fragilitas adoptionis.
[c] Iura naturalis patris nexu diuino copulata.
[d] Filius interdum iuſtè patri poteſt cõtradicere §. 8. *Inſt. quib. modis ius pat. poteſt.*
[e] Filius inuitus nõ datur in adoptionẽ *vt hic. & l.* 5. *ff. eod.*
[f] Adoptiuus & patri naturali prodeſt.
[g] §. 2. §. *Verò. Inſtit. eod.*
[h] Adoptatus ab auo materno patri naturali non ſuccedit.
[i] Parens non præſumitur liberos decipere velle *l. penult. ff. de iure dot.*
[k] Quod adoptatus ab extraneo adquirit, patri naturali adquiritur vſufructu tenus.
[l] de ſacris paternis dixi alias.
[m] imaginario affectu.
[n] Materna iura nõ poſſunt aboleri.

ſenatuſconſulto [a] ex tribus [b] maribus fuerant ab extraneo adoptati, nulla penitus differentia inter alios adoptiuos & eos introducēda. 4 ¶ Quæ in filio diximus in adoptionem à patre dato, hæc & in filia [c], & in nepote, ‖ & ‖ nepte, & deinceps perſonis vtriuſq; ſexus in ſacris patris conſtitutis extendimus, ſi tamē tēpore mortis aui ſui parētes eos vel eas nō antecedāt. ſi.n. parētes eos antecedāt: (vbi nec imponitur neceſſitas auo aliquid nepoti vel nepti relinquere) maneant omnia iura adoptiua ‖ei‖ intacta. Hęc.n. omnis ſanctio de filio & filia, de nepote & nepte, & deinceps perſonis in ſacris conſtitutis introducta eſt, vbi dubitabatur, quid ſtatuendum eſſet, quaſi duobus patribus ei, vno ex natura, & altero ex lege impoſitis. 5 ¶ Vbi autem homo ſui iuris conſtitutus per arrogationem [d] ex Auguſta liberalitate ſeſe dederit in adoptionem, tunc omnia iura patris adoptiui habeat intacta. Cùm enim nullū inter patres inducitur diſcrimē, ſit ſuus hęres adoptiuꝰ patri arrogatori, & familiæ eius aggregetur: & omnia quę ad filium arrogatū veteres legumlatores introduxerūt, intacta illibatáq; in eorū perſonis reſeruentur. Dat. Kal. Sept. Conſtantinop. Lāpadio & Oreſte VV.CC. Cōſſ. 530.

*Solennitas antiqua, quæ requirebat liberorum emācipationem dum dabantur in adoptionem, eſt ſublata: ſed ſufficit eam fieri apud competentem iudicem. Salyc.*

11. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

VEteres circuitus in adoptionibus, quæ per tres emancipationes [e], & duas manumiſſiones in filijs, aut per vnam emancipationem in cæteris liberis fieri ſolebant, corrigētes ſiue tollentes, cēſemus licere parenti, qui liberos in poteſtate ſua conſtitutos in adoptionē dare deſiderat, ſine vetere [f] obſeruatione emancipationum & manumiſſionum, hoc ipſum actis [g] interuenientibus [h], apud competentē iudicē manifeſtare, præſente [i] eo, qui adoptatur, & non contradicente [k], necnon eo qui eum adoptat. Dat. 5. Kal. Nouemb. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte VV.CC. Conſſ. 530.

## DE EMANCIPATIONIBVS [l] liberorum,

### Tit. XLIX.

1. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* AA. & CC. Herennio.

SI lex [m] municipij in quo te pater emācipauit, poteſtatem duumuiris dedit, vt etiam alienigenæ [n] liberos ſuos emancipare poſſint: id quod à patre factum eſt, ſuam obtinet firmitatem. PP. 3 Non. Dec. ipſis IIII. & III. AA. Conſſ. 290.

2. Iidem AA. & CC. Gennadiæ.

IN emancipationibus liberorū, necnon donationibus [o], non tam ſcriptura [p] quàm veritas conſiderari ſolet. PP. V. Id. Mart Tiberiano & Dione Coſſ. 291.

[a] ex Sabinianorum ſententia, Ræuardus *c. 6. de autoritate prudent. in fi.* [b] §. 14. *V. erſic. Teſtamento Inſtit. de hære di. qua ab inteſt.: l. Vlt. inf. j. de decurionib.* ἐξ τρίβυς μάριβυς *Theophi. d. §. 4.* tribus manibus *Alciat. 4. parerg. 3.* quod de patris naturalis manu in fiduciariā manum traderetur: qui deinde in manum & poteſtatem adoptiui dabatur. Tribus mancipationibus *Reuard. c. 6. de auctoritate prudētum in fin.* errore vt putat crea to ex huiuſmodi notis TRIB. MA. vterque malè. Peior eſt his interpretatio Accurſij, diuinatis, Tres parentes inter ſe certare de filio in adoptionem dando, vel de alio quo adoptādo. Commodius eſt nihil hic mutari & ita legi *Tribus maribus*: vt hic agatur de eius priuilegio q tres mares filios ſuſceperit *l. 122. C. T. de decurionib.* Erátque hoc ius parentis habentis tres mares liberos, vt vni dato ſenatui, curiæ liberatio contingeret *d. l. Vlt.* vni in adoptionem dato, quarta omnium bonorum adoptatoris ex Sc. Sabiniano deferretur: ſicuti impuberi arrogato ex conſtitutione Antonini V. *Cuiac. ad d. l. Vlt.* [c] De filia, nepote, nepte. [d] De arrogato. [e] id eſt venditiones. Nam emācipare eſt vēdere *Inſt. de teſta. ord. 8. Valer. 6. adde §. 6. Inſt. qui. mod. ius patria poteſtat: l. 3 ff. de capit. minut: Nouel. 81 l. Vlt. j. prox. tit.* [f] Filijfamilias trina emācipatione, duabus manumiſſionibꝰ: cæteri vna emācipatione vna manumiſſione adoptabātur V. *Vlp. 10. §. 1.* [g] vetus obſeruatio emancipationum & manumiſſionum ſublata. [h] De formulis adoptionis & adrogationis V. *apud Gel. 5 19. Vopiſcū in Aureliano.* [i] In adoptione requiruntur acta, requiritur ſcriptura *Vt hic*: vt & in emancipatione *l. 2. j. tit. proxim.* [k] *l. 24. 25. ff. eod.* [l] *l. 10. Š. eod: l. 5. ff. eod.* [m] *l. 9. ſuprà tit. proxim. dixi ad 1. ff. 6: adde 1. Harmenop. 17*: περὶ διαλύσεως ὑπεξουσιότητος *1. Inſtit. 12 §. 6. Nouell. 81. 1. Gai. 6. Paul. 2. ſent. 25: Vlp. 10. §. 10: l. 5. ſupra de dolo Nouell. Leon. 25.* [n] Hinc colligunt. Cuiuſque municipij leges intra ſuum territoriū reſtringi, Actus ciuiles ex eo, quo geruntur, loco vires capere, non futuro. Ius contractuum & teſtamentorum ex regione in qua fiunt, æſtimari V. *Hotom. conſil. 2.* [o] Habens iuriſdictionē ex lege municipali, poteſt eam exercere etiam inter nō ſubditos conſentientes *Salyc.* [p] quæ fiebant à patre filio emancipato vt vitam ſuam tolleret *l. Vlt. j. eod: l. Vlt. C. Theod de reuocand. donat: l. 8. j. de bon. proſcript. Nou. Leon. 25.* [q] In emancipatione requiritur ſcriptura *Vt hic: l. 5. j. eo.* V. *Guliel. Onciacum 1. quæſt. 64.* (cui tamen videtur aduerſari Nouella Leonis 25) & in adoptione *l. Vlt. Š. tit. prox*: in nuptijs Senatorū *Nouel. 74. c. 4.* in mutuo emendæ militiæ *Nouel. 97. c. 4.* in prærogatiua hypothecæ poſtulanda *Nouel. 136. c. 3* in arbitraria prolatione *l. 4. l. 5. l. 6. Š. de arbitris*: conteſtatione non numeratæ pecuniæ *l. 4. §. 4. Š. de non numer: Nouel. 100. c. 1.* his adde quæ ſcripſi ad *l. 17. Š. de pactis.*

3. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

NOn † nudo cōſenſu patria liberi poteſtate, ſed actu ſolenni [a], vel caſu [b] liberantur: nec cauſæ [c] quibus motus pater emancipauit filium, ſed actus ſolennitas quæritur. S 15 Kal. Octob. AA. Coſſ.

4. Iidem AA. & CC. Colonæ.

NEc auus neptem ſuam liberare poteſtate cogitur [d], nec [e] in cuiuſquam iniuriam beneficia tribuere moris eſt noſtri. Dat. Id. Octob.

*Per reſcriptum principis iudici apud acta intimatum, poſſunt parentes eorum liberos emancipare: accedente antea vel poſtea eorum voluntate, niſi fuerint infantes, quorum conſenſus non requiritur. Salyc.*

5. Imp. *Anaſtaſius* [f] Conſtantino præfecto præt.

IVbemus licerē parētibus, id eſt patri, auo paterno ‖ſeu‖ proauo, cæteriſque vlterius per maſculini ſexus perſonas continua generis ſerie coniunctis, ſi liberos quos habent in poteſtate propria, id eſt filium, vel filiam, nepotem ſeu neptē ex filio, pronepotē ſeu proneptē, cæteroſque itidē per maſculini ſexus perſonas cōtinua generis linea ſibi cōiunctos, per emācipationē, vel abſentes, & peregre degētes, vel in ijſdē locis, ſeu regionibus, vel ciuitatibꝰ cōmorantes, in iudicio verò non præſentes, iuris ſui cōſtituere maluerint: ſupplicationibus porrectis mereri ſuper hoc diuinū oraculum: hocq; apud cōpetentem iudicē, ad cuius iuriſdictionem actus emancipationis pertinet, inſinuare [h], ſuperq; precibus a ſemet oblatis apud eum deponere: vt hoc ſubſecuto, & auctoritate præcedēte principali, pleniſſimū robur emancipatio ſortiatur: & perſonæ in quas talis liberalitas collata ſit, de aliena poteſtate quaſi a parētibus ex emācipatione manumiſſæ liberentur: ſi tamen ipſæ nihilo minus ſub geſtorū [k] teſtificatione, vel apud eundē iudicem, vel apud alium quemlibet propoſito parentum ſuam etiam voluntatem conſonare [l], vel ante preces oblatas & ſacros apices promulgatos, vel poſtea depoſuerint, niſi infantes [m] ſint, qui & ſine conſenſu etiam hoc modo ſui iuris efficiuntur. Dat. 11. Kal. Aug. Conſtantinop. Probo & Auieno Iun. Coſſ. 503.

*Vana obſeruatione ſublata emancipationes poſſunt fieri coram iudicibus competentibus, & emancipatis poteſt etiā donari: & per emancipationem non ſoluuntur iura agnationis. Bald.*

6. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni P.P.

CVm inſpeximus in emācipationibus vanam obſeruatione cuſtodiri, & venditiones [n] in liberas perſonas figuratas [o], & circunductiones [p] inextricabiles & iniurioſa rhapiſmata [q], quorū nullus rationabilis inuenitur exitus: iubemus huiuſmodi circuitu in poſterū quieſcente, licentiā ei eſſe q emācipare vult, vel ex lege Anaſtaſiana [r], hoc facere, vel ſine ſacro reſcripto intrare cōpetētis [ſ] iudicis tribunal, vel eos adire magiſtratus, quib. [t] hoc

† Ex Nouell. Leon. 25. *inf.* nudo cōſenſu perficitur, veluti ſi pater patiatur filiū p ſe viuere reſq; ſuas gerere: quāuis nōdū peruenerit ad ætatem matrimonij. Cuiꝰ cōſtitutionis meminit etiā Harmenop. 1 *tit. 17.* In Gallia filij p matrimoniū emācipantur, aut ætate 25. annorū. *Boerīꝰ* deciſ. 197. negotiatione à patre ſeparata dignitate, furore patris, aut eiuſdem cōteſtatione ſimplici apud iudicē, & ita ſex modis ſoluuntur liberi patria poteſtate. V. *Pap. 3 Notar. 10. tit. des lettres incidentes en ciuil.* [a] *de quo* V. *l. Vlt. j. eod.* [b] id eſt morte *Inſt. quib. mod. ius patr. in pr.* deportatiōe *§. 1. d. tit.* [c] iuſta de cauſa inuitus emācipari poteſt. [d] parētes inuiti non cogūtur emācipare liberos *l. 31 ff. de adopt: l. 92 ff. de cōd. & dem: l. Vlt. ff. ſi quis a par. man. l. pen. ff. Vnde liberi: §. Vlt. Inſt. quib. mod. ius patr. Cic. pro Cluētio*: excipe caſum *l. 6. j. de ſpecta: l. 12. Š. de epiſ. aud.* [e] V. *l. 3. Š. Vnde Vi.* [f] *l. 11. Š. de legit. hær: dixi ad 19. Š. de colla.* [g] Emācipatus reſcripto principis reſeruato iure legitimarū hęreditatū vocatur ad legitimā hereditatē patris cū fratrib. in familia retētis. hoc genꝰ emācipatiōis ex imperiali reſcripto appellatur in *§. 6. Inſt. qui. mo. ius pat: adde Rol. à Val. 1. cōſ. 61. n. 4.* [h] intimare V. *l. 2. Š. de emācip.* [i] hoc interpretes trāsferūt ad legitimationē. volūt. n. ab emācipatiōe ad legitimationē valere argumētū V. *Rol. à Val. d. loco.* [k] *dixi ad l. 2. Š. e.* [l] Inuito filio nō datur libertas *Nou. 89. Paul. 2. ſen. 25.* datur ſeruo inuito: *dixi l. Vl. §. 1 ff. de teſt. a. milit.* [m] Infās cōſensū nō habet. [n] Olim fiebat manumiſſio quinq; teſtib. pſentibꝰ & libripende ſtaterā & æreū nūmū ferēte & medio aliquo intercedēte, medio illi filiꝰ à patre mācipabatur. i vēdebatur. Patri in vicē pretij, nūmꝰ ab emptore tradebatur. Filiꝰ ita emptꝰ emptori quaſi ſeruꝰ erat. ſed tamē mox ab emptore vindicta manumittebatur: manumiſſꝰ tacito iure in patris poteſtatē reuertebatur, Id iterū atq; tertio fiebat. Hinc Vlp. 10. §. 1 Filius inquit ter mācipatꝰ, ter manumiſſus ſui iuris fit: id n. lex 12. tab. iubet. Si pater filiū ter venūdarit, filiꝰ à patre liber eſto. His omnino adde Caiū 1. *Inſt. 6. §. 4.* vbi id genꝰ mācipationis fuſiſſimè explicat. [o] *εἰκονικὰς πράσεις* vocat Theoph. *d. loco.* imaginarias *Inſti. §. 6: Inſt. qui mo. ius pat. pōt*: hinc ſerui tꝰ imaginaria *l. 4 ff. de cap. min.* [p] Vindicta (vt opinor) manumiſſionē intelligit, in qua lictor Prętoris, ſeruū pmiſſis ſolenibꝰ verbis tāgebat, mox dextera vertebat. Perſiꝰ Sat. 5. Quibꝰ vna Quiritē Vertigo facit & *poſt*, verterit hūc dominꝰ momēto turbinis exit Marcus Dama. *Quintil. in ea declamatione cui tit. eſt, Ancilla in Archipirato nuptijs manumiſſa.* An verò in hoc putamus eſſe momētū, ſi vindicta ferires & circūuerteres mācipiū, aut ſi vna voce liberū eſſe iuſſeris. Cornutꝰ *in Perſiū.* Quoties ſeruos manumittebāt eos alapa percuſſos manumittebāt. [q] hinc illa verba, Nou. 81, *μετ᾽ ὕβρεων καὶ ῥαπισμάτων*: alapas lictoris manu inflictas manumiſſo intelligit, de quo more dixi ad *Nou. 81.* [r] *l. 5. Š. eo.* [ſ] nā apud incompetentem iudicem non fit manumiſſio. [t] Non apud quēuis iudicem manumittitur.

facere vel legibus vel ex longa [a] cõſuetudine permiſſum eſt. & filios ſuos, vel filias, nepotes vel neptes, vel deinceps progeniem in poteſtate ſua conſtitutam, à ſua manu dimittere, & legitima iura omnimodo habere, etſi non ſpecialiter hoc ſibi ſeruauerit: & peculium donare, vel alias res liberalitatis [b] titulo in eos trãsferre: & eas res quæ acquiri indignantur, per vſumfructum ſecundum noſtræ conſtitutionis modum detinere, & omnia facere: vana tantummodo (ſecundùm quod iam dictum eſt) obſeruatione [c] ſublata. Dat. Cal. Nouembr. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

## DE INGRATIS [d] LIBERIS,

### Tit. L.

1. Imppp. *Valent. Valens* & *Gratian.* AAA. ad Prætextatum P.P.

FILIOS [e] ‖& filias, cæteróſque liberos‖ contumaces, qui parentes vel acerbitate conuicij, vel cuiuſcunque atrocis iniuriæ dolore pulſaſſent: leges [f] emancipatione reſciſſa damno libertatis immeritæ multari voluerunt. Dat. 12. Kal. Sept. Mediolani, Lupicino & Iouiano Coſſ. 363.

## DE POSTLIMINIO [g] REVERSIS, & redemptis [h] ab hoſtibus.

### Tit. LI.

*Conceptus in captiuitate patris & matris, reuertens cum patre & matre, ſequitur patris originẽ. Bal.*

1. Impp. *Seuerus* & *Anton.* AA. Ouinio.

EX duobus † captiuis Sarmatia nata, patris originem ita ſecuta videtur, ſi [i] ambo parentes in ciuitatem noſtram redijſſent. Quanquàm enim iure proprio poſtliminium habere non poſſit quæ [k] capta non eſt, tamen parentũ reſtitutio reddet patri filiam: qui cum ab hoſtibus interfectus ſit, matris [l] duntaxat conditionem, quæ ſecum filiam duxit, videtur neceſſario ſecuta. nam fictio legis Corneliæ, quæ legitimos apud hoſtes defuncto conſtituit hæredes: ad eam quæ illic ſuſcepta eſt, non pertinet: cùm eo tempore quo captus eſt, diem ſuum pater obijſſe exiſtimetur. PP. ſine die & conſule.

*Redemptus ab hoſtibus loco pignoris retinetur donec redimatur. Bald.*

2. Imp. *Gordianus* A. Publiciano.

AB hoſtibus redẽpti, quoad exoluatur pretiũ, ‖magis in cauſam pignoris [m] cõſtituti, q̃ [n] in ſeruilẽ conditionem eſſe detruſi videntur: & ideo ſi nummi eo nomine expenſi donatio [o] intercedat, priſtinæ coditioni eos reddi manifeſtum eſt. Proinde ſi ab hoſtibus redemptam, poſt diſſolutum veluti naturalis [p] pignoris vinculum habere in [q] matrimonio [r] cœpiſti: nihil eſt quod de ſtatu eius, ſeu liberorum communium, debeas pertimeſcere. PP. Id. Iun. Gordiano A. II. & Pompeiano Coſſ. 242.

3. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* AA. Varo.

CVm cognatos tuos nondum poſtliminio regreſſos affirmes, ſed adhuc in rebus eſſe humanis, & bona eorum fraudibus diuerſæ partis diſſipari: interpellatus rector prouinciæ prouidebit [s] eum ſub obſeruatione ‖conſueta‖ conſtituere, qui ſtipulante ſeruo publico ſatis idoneè dederit. PP. V. Kalend. Septembr. Diocletiano III. & Maximiano Coſſ. 287.

4. Iidem AA. & CC. Hermogeni & alijs.

NEc nos præterijt, hæreditatem eius, quam incognitum [a] erat ab hoſtibus interfectam, an captã eſſe, à filio adiri nón potuiſſe: quoniam eorum bona, qui in hoſtium poteſtatem rediguntur, eo demum tempore ſucceſſionis [b] iure acquiri poſſunt, cùm captos apud hoſtes mortuos eſſe cognoſcitur. Nec ſuper facultatibus eius, cuius incerta vita ac fortuna fuit, tranſigi [c] vel iudicari [d] potuit. Vnde poſteaquàm apud hoſtes materterã veſtram fati munus impleſſe innotuit, tunc vobis licentia permittitur agnoſcendæ per bonorum poſſeſſionẽ [e] ſucceſſionis. non officientibus enim ‖his‖ quæ perperam geſta ſunt, ſi priorem gradum obtinetis, ſucceſſionis compendium ad vos pertinet. PP. 5. Kal. Iun. ipſis AA. IIII. & III. Coſſ. 290.

5. Iidem AA. & CC. Vrſæ.

CVm non redemptum ab hoſtibus filium tuum, ſed ſine [f] vllo contractu [g] traditum [h] à Barbaris præfecto [i] legionis dicas, poſtliminij ius locum habuit: & illico ingenuitati ſuæ reddi eum præſes prouinciæ iubebit. PP. 16. Kal. Iun. ipſis AA. IIII. & III. Conſſ. 290.

*Redemptor compellitur iudicis officio pretium redemptionis recipere à captiuo. Salyc.*

6. Iidem AA. & CC. Iuſto.

CVm & poſtliminij ius, & communis [k] vtilitatis ratio exigat, vt ſi qui captos ab hoſtibus redemerint, accepto [l] precio redemptos ſuę ingenuitati reſtituant, proponáſq; redemptorem tuũ noluiſſe [m] oblatũ pretium à te vel ab alio recipere: pręſes prouincię efficaci inſtantia compellet eum legibus obtemperare, & percepto eo quod pretij nomine dependitur, ſtatus ſecuritatẽ [n] nõ inquietare. PP. Kal. Feb. Tiberiano & Dione Coſſ. 291.

*Mulier quæ redimit puellã ab hoſtibus, & proſtituit, pretium perdit, & illa proſtituta ab ea iuſtè aufugit. Bald.*

7. Iidem AA. & CC. Claudio.

FOediſſimæ mulieris nequitia permouemur. cùm igitur filiam tuam ab hoſtibus captam, ac proſtitutam [o] ab ea quæ eam [p] redemerat, ob retinendæ pudicitiæ cultum, ac ſeruandam natalium honeſtatem ad te confugiſſe [p] proponas: præſes prouinciæ ſi filiæ tuæ ſupradictam iniuriam ab ea quæ ſciebat ingenuam eſſe, inflictam cognouerit: cum huiuſcemodi perſona indigna ſit pretiũ recipere, propter odium [q] deteſtabilis quæſtus [r]: etiam ſi pretium compenſatum non eſt, ex neceſſitate miſerabili cuſtodita ingenuitate natæ tuæ aduerſus flagitioſæ mulieris turpitudinem tutam eam defenſámque præſtabit. PP. III. Non. Feb. Tiberiano & Dione Coſſ. 291.

8. Iidem AA. & CC. Matronæ.

PRæſes prouinciæ, ne vlterius in ſeruitutis iugo detinearis, curæ habebit, q̃ pro ſolertia ſua parũ ignorat filiorum tuorum ſtatum tueri, quos poſteaquam [s] redempta es, enixam te eſſe ſignificas: cùm eos qui poſt redemptionem naſcuntur, ne pignoris [t] quidem vinculo ob pretium quod pro his datum non eſt, teneri, nullis auctoribus viſum eſt. PP. 5. Id. Feb. Tiberiano & Dione Coſſ. 291.

9. Iidem AA. & CC. Gregorio.

CAptum ab hoſtibus filium, patre mortuo medio tempore, lex Cornelia reuerſum [u], ſi in poteſtate patris tempore quo capiebatur, fuit, ſuum facit hæredem, vnde ſiue ex teſtamento [x] ad te, ſiue ‖ab‖ inteſtato [y] ſucceſſionem patris tui pertinere apud pręſidem prouincię probaueris: reſtitui tibi res hæreditarias iubebit, ſi nõ tantum, poſtquàm reuerſus es, tempus effluxit, quantũ intentionem tuam temporis prolixitate conquieſcere faciat. PP. 5. Id. Apr. AA. Coſſ.

10. Iidem AA. & CC. Apollodoræ.

SIcut liberis captis ab hoſtibus, ac poſtliminio reuerſis ſtatus priſtinus reſtituitur, ſic ſerui [z] domino. Vnde ſi hæc cuius meminiſti, ancilla patris tui fuit, nec commercio redempta [a] eſt: reuerſa dominum, vel eius ſequitur ſucceſſorem qui per captiuitatem hanc amiſerat. S. 3. Kal. Maij, Hadrianopoli AA. Coſſ.

11. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI liberum captum te ab hoſtibus commercio [b] redemit Sabinus, & cum vinculum pignoris [c] ſuperſtitem remiſiſſe [d] tibi probetur: non libertus effectus, ſed ingenuitati, quam amiſeras reſtitutus, nullum filijs eius obſequium debes. S. 15. Kal. Ian. AA. Coſſ.

[a] Longa cõſuetudo ius eſt. & manumittẽdi tribuit.
[b] v. quæ notaui ad *l.2. ſ. eod: l.1. §.3. ff. ſi quis à par. manumiſ.*
[c] Breuem manumittendi formulã exprimit Harmenopulus 1. *tit.* 17. ὅτι τένδε ποιῶ αὐτεξούσιον, (Theophilus in §. διαλύει *Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt.* legit ἐμανκίπατον) καὶ τῆς αὐτοῦ (Theophil᷒ ἐμαυτοῦ) ἀφίημι χειρὸς, id eſt, Hunc ſui iuris eſſe patior, meáque manu emitto.
[d] 8. *C. Theod.* 7: 31. *Eclog.* 3. ob id in poteſtatẽ parentũ reuertuntur. adde Nouel. 115. c. 3. vbi de exhæredãdis iuſta de cauſa liberis agitur. de ingratitudine dixi ad Nouell. Leonis 25.
[e] *l.1. C. Th. eo.*
[f] Antiquas. putà Romuli *dixi ad leges xij. Tabul. lib.* 2. *tit.* 27. §. 7. vbi hoc addẽdum eſt, Diueis parentũ ſacrum fieri nihil aliud eſſe, quàm in ſacra & poteſtatẽ parẽtum reuerti: vt filius ita reuerſus à parente impunè poſſit occidi: videlicet ſi impias manus ei intulerit.
[g] *l.9.10.14.18.19. j. eo. de poſtl.* .i. poſt captiuitatem regreſſu *6. C. 5. Theo.* 5. Paulò plenius explicatur hic titulus à Gręcis 34. *Eclog.* 1. περὶ αἰχμαλώτων (rectè de captiuis dicitur, nam transfugę poſtliminiũ non habent *l.19. §.4. ff. eod.*) δούλων (hi etiã poſtliminio redeunt. Feſt. in Poſtliminio *l.8. j. eo.*) τε καὶ ἐλευθέρων καὶ περὶ ὑποστροφῆς αὐτῶν καὶ περὶ παίδων (huc pertinet lex 1. *j. eod.*) αὐτῶν καὶ δικαίου. Eſt & titulus ff. de captiuis (huc pertinet lex 3. 4. *j. eo.*) de poſtliminio & redẽptis ab hoſtib. 49. ff. 15.
[h] *l.2.6.7.8* 11.13.15.16.17. 20. adde & traditis ab hoſtib. *l.5. j. eo*: liberatis virtute militũ *l.12. j. eod.* ex duob. captiuis natus, ambob᷒ parẽtib. reuerſis liber *vt hic*: ex Nouel. Leon. 36. ſiue nõ reuertantur parẽtes, ſiue vnus tãtùm reuertatur, liber intelligitur & hęres parentum.
[i] Imò ſufficit vt vnus redierit *l.16. j. eod.*
[k] Quę capta nõ eſt, poſtliminiũ nõ habet *l.9. ff. eo.*
[l] *l.16. j. eo. l.9. 26. ff. eo.* *l.6. ff. de ſtatu.*
[m] Redẽptus nõ eſt ſeru᷒ redimẽti, ſed pignoris tantũ loco donec redimatur *V. l.15. 21 ff. eo.* An & ei᷒ liberi? nõ ſunt *l.8. j. eo.*
[n] *V. l.2. ff. de lib. hom. exhib.*
[o] Precio redẽptionis donato, redẽptus libertatẽ cõſequitur *vt hic & l.11. j. eo.*
[p] Redẽptus, redẽptori naturalis pignoris loco.
[q] Nat᷒ ex ingenuo, & redẽptus ab hoſtib. ingenu᷒ eſt.
[r] Redẽpta redẽptori poteſt nubere *V. l.3. j. eo*: 34. *Ecl.* 2. *c.* 1.
[s] i. curatorẽ: de curatore dãdo bonis capti *adde l. 15. ff. ex quib. cauſ. maior: l.6. in f. ff. de tut: l.6. in. f. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. adde Hotom. conſil.* 6.

[a] Incertus de morte captiui ab inteſtato ſuccedere, trãſigere, aut iudicio de eius bonis experiri nõ poteſt.
[b] de ſucceſſione *adde l.* 19. *l.32. ff. de adquir. poſſ.*
[c] de tranſactione.
[d] de ſententia
[e] *V. l.1. §.9. ff. de ſecun. tab.*
[f] atque ideo gratis.
[g] Cum hoſte cõtractus iniri poteſt *adde l.5. in f. ff. de pactis, l.* 21. *ff. de negotiis.*
[h] Sine ſtipulatione pretij, ſine commercio *l. 17 eod.*
[i] Præfectus legionis.
[k] Vtilitas ac neceſſitas poſtliminij *l.* 19. *ff. eod.*
[l] *V. l.17. j. eod: adde l.2. ſ. eo.*
[m] Redẽptor oblatum à redempto pretium inuitus accipere cogitur.
[n] Securitas ſtatus.
[o] Qui redemptam proſtituit, precium iúſque pignoris amittit. *adde l.12. ſ. de epiſcop. aud.* 34. *Eclo.* 2. *c.* 6.
[p] Redempta à redemptore proſtituta, iuſtam fugiendi rationem habet.
[q] *V. Nouell.* 14 *in pr.*
[r] Lenocinij quæſtus deteſtabilis.
[s] Nati ex redempta liberi: ideoq;, ne pignoris quidem loco à redẽptore poſſunt retineri *hic*: vt & ipſi redẽpti *l.2. ſ. eod. l.15. ff. eo.*
[t] Ratio dubitandi ex lege 2. *d. l.15.*
[u] Reuerſus fingitur nunquã captus.

[x] *V. Paul. 3. ſent. 4. §. 8.* [y] *l.14. j. eo.* [z] etiã ſerui poſtliminij ius habẽt *vt hic*: *l.12. verſ. ſerui j. eo: Feſt. in Poſtliminiũ. dixi quoq; in epigraph.* [a] *l.11.12. &* 16. *j. eo.* [b] *l.17. j. eod.* [c] *de quo l.2. ſuprà eo. l.15. ff. eo.* [d] *l.2. ſuprà eod.*

12. Iidem

12. Iidem AA. & CC. Quintianæ.

AB hoſtibus capti, & non commercio[a] redempti, ſed virtute[b] militum noſtrorum liberati, illico ſtatum quem captiuitatis caſu amiſerant, recipiunt: ſerui[c] autem dominis ſuis reſtituentur. Receptos enim eos, non captos iudicare debemus: & militem noſtrum defenſorē eorum decet eſſe, non dominum. S. 5. Kal. Ianu. AA. Coſſ.

13. Iidem AA. & CC. Quartinæ.

SI is, qui te ab hoſtibus ingenuam captam commercio redemit, ſibi matrimonio[d] coniunxit: dignitate[e] nuptiarum, & voto futuræ iuſtæ ſobolis, vinculo pignoris tibi remiſſo, reddi natales priſtinos, rationis eſt. S. 5. Id. Martij, CC. Coſſ.

14. Iidem AA. & CC. Seueræ.

IVs poſtliminij filiam (rebus humanis exempta matre, dum in ſeruitutis ipſa neceſſitate per captiuitatis cauſam fuit) euentus purgato vigore, ad eius legitimam[f] inuitat hæreditatē, nec tibi medij temporis fortuna, quo minus res maternas ſucceſſione quęſitas perſequi poſſis, iniuriam fieri patimur. S. 16. Kal. April. CC. Coſſ.

15. Iidem AA. & CC. Macrotraulo.[g]

IS, qui liber cōſtitutus captus ab hoſtibus commercio[h] redimitur, etiam[i] antequam reſtituatur pro eo data pecunia, ſucceſſionis[k] iura ſibi vindicare fauore ingenuitatis poteſt: vt ex ea poſſit pretiū ꝓ ſe datū exoluere.

16. Iidem AA. & CC. Baſilidæ.

COmmercio[l] redemptæ † fœminæ filios, licèt ex ſeruo medio ſuſceptos tempore, origini ingenuitatis matris, iuxta ea, quæ benignè placuerunt, reddi cōuenit. S. 5. Kal. Sept. Viminacij, AA. Coſſ.

*Redemptus à captiuitate, debet precium pro redimēdo ſolutum reddere redemptori, niſi mater redimeret filium. Bald.*

17. Iidem AA. & CC. Diogeniæ.

LIber captus ab hoſtibus, & commercio redemptus, tunc demum, cum[m] pretiū ſoluerit, vel ei hoc qualicunque remittatur iudicio,[n] ſtatum priſtinum recipit. quo genere matre[o] filium redimente, cùm huiuſmodi cōtractus non de mercede, ſed de triſtitia repudiāda cogitatur, voti recipiendi filium cogitatio cum optabili cōditione filium illico matri reſtituit: ita vt ‖à‖ ciuilium obſequio munerū propter caſum preteritū ‖filius‖ nō excuſetur. Pro[p] pietatis itaq; ratione ab hoſtib⁹ redēpto filio, facti te pœnitere, ac de pretio quicquam tractare non cōuenit: dotem tamen ab eo debitam iure conceſſo reddi poſtulas. S. 3. Kal. Nouemb.[*] Deuellio CC. Conſſ.

18. Iidem AA. & CC. Trypliniano.

AB hoſtibus captis, ac poſtliminio reuerſis, pro huiuſmodi caſu amiſſa,[q] quæ in eadem cauſa quidem durant omnimodo directa: quæ verò per vſucapionem vel deliberationem,† ex bonis ſubtracta, vel non vtendo finita eſſe videntur, intra annum vtilem experientibus actione reſciſſoria[r] reſtituūtur. PP. 12. Kal. Dec. CC. Coſſ.

*Inuiti ducti ab hoſtib. habent ius poſtliminij: id eſt reuerſi recuperant bona. Bald.*

19. Imppp. *Grat. Valent.* & *Theod.* AAA. ad Seuerinum ducem.

SI[ſ] quos fortè neceſſitas captiuitatis abduxit: ſciant, ſi non trāſierint, ſed hoſtilis irruptionis neceſſitate trāſducti ſunt, ad proprias terras feſtinare ‖ ſe ‖ debere: recepturos[t] iure poſtliminij ea quæ in agris vel mācipijs ‖ ſeu alijs rebus‖ antè tenuerūt, etſi à fiſco noſtro poſſideātur. nec timeat quiſquā alicuius contradictionis morā: cùm hoc ſolū requirendū ſit, vtrū ‖forſitan‖ aliquis cum barbaris voluntate[u] fuerit, an coactus. Data 5. Kal. Iul. Romæ,[x] Gratian. A. V. & Dagalaiſo Coſſ. 366.

*Ab hoſtibus capti, liberam habent facultatem remeandi: & eis pro alimonia datum, non repetitur: ad pretium tamē redemptionis ipſorum tenentur. Salyc.*

20. Impp. *Honor.* & *Theod.* AA. Theodoro præfecto prætorio.

DIuerſarum[y] homines prouinciarū cuiuslibet ſexus, conditionis, ætatis, quos barbarica feritas captiuitatis neceſſitate tranſuexerat, inuitos[a] nemo retineat: ſed ad propria[b] redire cupientibus libera ſit facultas, quibus ſi quicquam in[c] vſum veſtium vel alimoniæ impenſum eſt, humanitati ſit præſtitum, nec maneat victualis ſumptus repetitio: exceptis his quos barbaris vendētibus emptos[d] eſſe docebitur: à quibus ſtatus ſui pretium propter vtilitatem publicam emptoribus æquum eſt redhiberi. Nequando enim damni conſideratio in tali neceſſitate poſitis negari faciat emptionem: decet redemptos, aut[e] datum pro ſe pretium emptoribus reſtituere, aut laboris obſequio, vel opere quinquennij,[f] vicem referre beneficij, habituros incolumem (ſi in ea nati ſunt) libertatem. Reddantur igitur ædibus[g] proprijs ſub moderatione quā iuſſimus: quibus iure poſtliminij etiam veterum reſponſis incolumia cuncta ſeruanda ſunt. Si quis itaque huic præcepto fuerit conatus obſiſtere, actor, conductor, procuratórque dari[h] ſe metallis cum pœna deportationis nō ambigat: ſin verò poſſeſſionis dominus, rem ſuam ‖à‖ fiſco nouerit vindicandam, ſéque deportandum, & vt facilis executio perueniat, Chriſtianos[i] proximorum locorum volumus huiuſmodi rei ſolicitudinem gerere. Curiales quoque proximarum ciuitatum placuit admoneri, vt emergentibus talibus cauſis, ſciant legis noſtræ auxilium deferendum: ita vt nouerint rectores vniuerſi decem libras auri à ſe, & tantumdem ‖à‖ ſuis apparitoribus exigendū, ſi pręceptū ‖noſtrū‖ neglexerint. Dat. 3. Id. Dec. Rauēnę, Honorio VIII. & Theodoſio III. AA. Coſſ. 409.

Margin notes (col. 1):

[a] V. l. 10. ſuprà eod. [b] id eſt fortitudine l. 21. verſ. quod ſi ff. eod. [c] V. l. 10. ſupra eod. [d] Redemptor nuptijs cum redempta cōtractis, tacitè eam liberat nexu pignoris. [e] id fit præſumptione quadam, ſic Gręci ὡς ϖερ(?) λύ... δοκῶν αὐτῇ, συγχωρεῖν τὸ τίμημα. adde l. 2. in f. ſuprà eo. adde 34. Eclog. 1. cap. 18. & ſchol. ibid. [f] Reuerſus ſuccedit matri V. l. 9. ſuprà eod. l. 15. J. eod. [g] Mucatraulo Cuiac. ad l. 4. J. de iure fiſci. [h] V. l. 10. in fi. ſuprà eod. [i] ratio dubitandi. [k] Redempti ſuccedunt V. l. 9. ſuprà eod. [l] l. 10. in fi. l. 11. l. 12. l. 15. ſ. eod. † Matre redēpta, natus in captiuitate fit liber Vt hic. & ex Nouel. Leon 36. etiamſi non reuertatur. [m] V. l. 2. ſuprà eod. l. 12. §. 7. §. 14. ff. eod. [n] indicio Cuiac. Nouel. 22 dixi de hac lectione ad l. 21. ſuprà familia. [o] A matre redempt⁹, nullum matri debet pretium. [p] Donatio quandoque præſumitur, ratione proximitatis & adfinitatis. Vide Alciat. 1. præſump. 32. adde quæ dixi d. l. 11. ſuprà de negotijs. [q] Abſentes captiui reuerſi, res amiſſas recuperant directò: vſurpatas, actione reſciſſoria Vt hic. [r] Reſciſſoria actio datur abſentibus reipublicæ cauſa l. 24. in fi. ſuprà de rei Vindic. l. 1. §. 1. ff. quib. ex cauſ. maior. l. 82. §. 1. ff. de legat. 1. [ſ] l. 1. Cod. Theodoſ. eodem. [t] l. 5. ff. eod. [u] & ita fuerit transfuga. Transfugæ nullum ius poſtliminij competit l. 9. §. 4. l. 20. ff. eodem, [x] Remis d. l. 1. Cod. Theodoſ. eodem. [y] l. 2. Cod. Theodoſ. eodem.

Margin notes (col. 2, upper):

[a] l. 11. ſ. de epiſcop. aud. [b] i. ad ſuas & ꝓprias ædes J. eod. [c] Quod ab hoſtib⁹ reuertēti in vſum veſtiū aut alimentorū vſum datur, nō repetitur. [d] Expenſas factas circa hominē à Barbaris redemptū repetim⁹. [e] Quouſque redempti redēptori obligentur. [f] l. 34. Eclog. 2. c. 18. 1. Harmeno. Vlt. inf. [g] ſedib⁹ d. l. 2. Cod. Theodoſ. [h] Dari metallis, eſt ad metallū dānari. [i] V. l. 11. ſ. de epiſcop. aud.

## DE INFANTIBVS EXPOSITIS[k] liberis & ſeruis, & de his qui ſanguinolentos[l] nutriendos acceperunt,

### Tit. LII.

*Partus ancillæ domino ignorante expoſitus, repeti poteſt: ad expenſas tamen reſtituendas tenetur, niſi ſint factæ à fure. Salyc.*

1. Imp. *Alexander* A. Claudio.

SI inuito[m] vel ignorante te partus ancillæ vel adſcriptitiæ[n] tuæ expoſitus ſit, repetere eum non prohiberis. Sed reſtitutio eius (ſi non à fure[o] vindicaueris) ita fiet, vt ſi qua in[p] alendo eo, vel fortè ad diſcendum artificium[q] iuſtè conſumpta fuerint, reſtituas[r]. PP. 3. Kalend. Iunij, Iuliano II. & Criſpino Coſſ. 225.

*Exponens ſobolem propriam, quā nutrire tenetur, Venit puniendus: nec dominus recuperat ſeruum quem expoſuit. Salyc.*

2. Imppp. *Valent. Valens* & *Gratian.* AAA. ad Probum præfectum prætorio.

VNuſquiſq; ſobolē[ſ] ſuam nutriat. quòd ſi exponendā putauerit,[t] animaduerſioni quæ cōſtituta eſt, ſubiacebit, ſed nec[u] dominis vel patronis repetendi aditū relinquimus, ſi ab ‖ipſis‖ expoſitos[x] quodāmodo ad[y] mortē, volūtas[z] miſericordię amica collegerit. nec n. ſuum[a] ‖quis‖ dicere poterit, quem pereuntē contempſit.[b] Data

Margin notes (col. 2, lower):

[k] 5. C. Theod. 7. l. 4. ff. de lib. agnoſ. l. 1. §. 2. ff. de iuris & facti ϖερὶ ὑπο(?)... ἐκτιθεμένων ἤτοι εἰσπτομένων(?). 33. Eclog. 2. Expoſitus dicitur etiam ἀπερριμμένος(?) 1. Harmenop. Vlt. quaſi neglectus: adde Nouell. 153. ϖερὶ τῶν χαμαιρριπτουμένων(?) βρεφῶν: & 5. Extrauag. 11. [l] ſanguinolētos emptos vel nutriendos &c. Cod. Theod. eo. ſanguinolentos, i. recens natos l. 1. in f. Cod. Theod. eo. de quibus dixi ad l. 2. ſupra de patrib. qui filios diſtraxer. [m] Quid ſi volente? dominium amittit l. 2. J. eo. [n] Partum adſcriptitiæ expoſitū dominus vindicare poteſt. [o] Fur expenſas non deducit. [p] l. 16. ſ. de nuptijs l. 4. §. 9. ff. de doli mali: ob præſtita alimenta, corpus educati retineri poteſt. Ea conditio eſt bene depenſi V. Forner. 2. ſelect. 14. [q] Eruditionis, artificij atq; diſciplinarū expenſæ condicuntur. [r] Quid ſi dominus aliunde ſoluere non poteſt? non reſtituet. melius erit poſſeſſorē carere ſua pecunia, ꝙ Dominū ſuo ſeruo. Nihil etiā hìc eſt quod tollat poſſeſſor, qa eruditio auelli nō poteſt. eſt. n. habitus δυσκίνητος(?) & l. 27. in f. ff. de rei Vin. Duo ſunt tamen caſus, quibus impenſæ deductio eſt, etiāſi aliūde dominus ſoluere non poſſit. vnus ſi inſtitutū dominus mox vēditurus ſit, & plus pretij latur⁹ ꝓpter eruditionē l. 29. l. 38. in f. ff. de rei Vind. alter, ſi ſciente domino eruditus ſit l. 30. ff. d. tit. Quid ſi fructus pueri petuntur? cōpenſantur cū huiuſmodi expēſis. Operarū autē æſtimatio incipit eſſe quinto anno l. 31. ff. de rei Vind. l. Vl. ff. de oper. ſer. l. 37. ff. de oper. liber. adde Cuiac. 9. obſ. 38. [ſ] 33. Eclog. 2. c. 2. [t] Pater Vt hic. [u] domin⁹, patron⁹ ver. ſed nec dominus Vel patronus. J. e. liberos, ſeruos, libertos exponētes, i⁹ poteſtatis amittūt adde Nou. 153. c. 1. & c. Vn. extr. e. [x] l. 2. C. Th. e. tales fiūt Latini ex Claudij cōſtitutione V. l. 2. ff. qui ſine manū. ciues Romani, ex cōſtitutiōe Iuſtiniani l. Vl. de bō. libe. V. l. Vn. §. 3. ſ. de Latina: adde l. 4. ſ. de op. libe. [y] Expoſiti ad mortē quodāmodo expoſiti l. 3. Verſ. ideoq; n. J. e. quod Gręcis κυτεῖζειν(?). [z] Volūtas miſericordię amica. [a] Nemo ſuū dicere pōt, quē peūtē cōtēnit. [b] ſi modo teſtes epiſcopalis (ita legendū nō epiſcopates) ſubſcriptio fuerit ſubſecuta, de qua nullo penit⁹ ad ſecuritatē poſſit eſſe cūctatio d. l. 2. C. Theo. e. i. vt Annian⁹ interꝑtatur, ſi cōteſtationi de collectiōe ei⁹, epiſcop⁹ & clerici ſubſcripſerint, vt meritò poſſim⁹ dicere d. l. 2. intelligi Vaſenſis cōcilij c. 9. vt ſecūdum ſtatuta pijſſimorū Auguſtorū quiſquis expoſitū colligit, Eccleſiā conteſtetur.

4. Non. Mart. Gratia, A. III. & Equitio Coſſ. 374.

*Expoſiti cuiuſcunq; conditionis, per exponentes non poſſunt vindicari, nec per colligentes poſſunt, vt ſerui vel libertini retineri: ſed ingenui intelliguntur. Salyc.*

3. Imp. *Iuſtinianus* A. Demoſtheni præfecto prætorio.

SAncimus nemini licere, ſiue ab ingenuis genitoribus puer paruulus procreatus, ſiue à libertina progenie, ſiue ſeruili conditione maculatus, expoſitus ſit: eum puerum in ſuum dominium [a] vindicare, ſiue nomine dominij, ſiue adſcriptitiæ, ſiue colonariæ conditionis. Sed neque his qui eos nutriendos [b] ſuſtulerunt, licentiam cõcedimus penitus cum quadã diſtinctione ‖ita‖ eos tollere, & educationẽ eorũ procurare, ſiue maſculi ſint, ſiue fœminæ, vt eos vel loco ſeruorum, aut loco libertorum, vel colonorum aut adſcriptitiorum habeant: ſed nullo diſcrimine habito, hi qui ab huiuſmodi hominibus educati ſunt liberi [c] & ingenui appareant, & [d] ſibi acquirant & in poteſtatẽ ſuam, vel in extraneos heredes omnia quæ habuerint, quomodo voluerint transmittãt, nulla macula [f] ſeruitutis, vel adſcriptitiæ aut colonariæ conditionis imbuti, nec quaſi patronatus iura in rebus eorũ, his qui eos ſuſceperint, prætendere cõcedimus, ſed in omnẽ terram quæ [g] Romanæ ditioni ſuppoſita eſt, hoc obtinere. Neque enim oportet eos qui ab initio infantes abiecerunt, & mortis [h] fortè ſpem circa eos habuerunt, incertos cõſtitutos ſi qui eos ſuſceperint, hos iterum ad ſe reuocare conari, & ſeruili [i] neceſſitati ſubiugari. Neque hi qui eos pietatis ratione ſuadente ſuſtulerint, [k] ferendi ſunt denuo ſuam mutantes ſententiam, & in ſeruitutẽ eos retrahentes, licet ab initio [m] huiuſmodi cogitationem habẽtes ad hoc proſiluerint: ne videantur quaſi mercimonio [n] contracto ita pietatis officium gerere. Hæc obſeruantibus tam viris clariſſimis præſidibus prouinciarum quàm viris religioſiſſimis Epiſcopis, necnon officijs præſidalibus, & patribus & defenſoribus ciuitatum, & omni ciuili auxilio. Data 15 Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. Coſ. 529.

*Authent. ex Nouell. 54. cap. 2.*

A*Ntiqua lex erat, quæ dicebat ex perſona libera & altera adſcriptitia natos, adſcriptitiam ſequi conditionem. quod per Iuſtinianum ad ius commune liberi ventris redactum eſt.*

4. [o] Imp. *Iuſtinianus.**

SAncimus [p] vt quoſcunque vel in eccleſijs, vel in vicis, vel alijs locis abiectos conſtiterit, ij modis omnibus liberi ſint: etiamſi certam quandam probationem petitor habeat, qua oſtendat eiuſmodi perſonam ad ſuum pertinere dominium. Nam ſi legibus noſtris [q] ſtatutum eſt, vt ſerui ægrotãtes à dominis neglecti, & qui velut deſperata eorum valetudine, poſſeſſorum curatione digni non cenſentur, omnino in libertatem abripiantur: quonam pacto in ipſis vitæ primordijs aliorum hominũ pietati relictos, & ab eis educatos in ſeruitutẽ iniquam pertrahi patiamur? Enimuerò liberos eſſe ſancimus, ne illis quidem, qui hæc faciunt, irrogandas ex legibus noſtris pœnas effugientibus, velut omni refertis inhumanitate & crudelitate quæ tanto quouis homicidio peior eſt, quanto miſerioribus eam inferunt.

## QVAE [r] SIT LONGA [s] conſuetudo,

## Tit. LIII.

*Conſuetudo loci probata debet ſeruari, & ratio conſuetudinis debet attendi. Salyc.*

1. Imp. *Alexander* A. Apro.

PRÆSES [t] prouinciæ probatis his quæ in oppido [u] frequenter [x] in eodem controuerſiarum genere ſeruata ſunt, cauſa cognita ſtatuet. Nam & cõſuetudo precedens, & ratio [y] quæ conſuetudinem

[a] Expoſitus exponentis ſeruus, adſcriptitius, colonus vt hic: aut libertus non eſt j. *eod. ibi. loco libertorum.*
[b] Qui expoſitum nutrit ſeruum, colonum aut libertum non facit.
[c] Expoſiti liberi & ingenui.
[d] Fructus libertatis.
[e] v. *l.* 12. *ſupra comm. de ſucceſſionib.*
[f] Maculæ cõtrariæ libertati.
[g] Extra territorium ſtatuta non obligant *l. vlt. ff. de iuriſdict. l.* 1. *ſuprà de ſacroſan. eccleſ.*
[h] *dixi ad l.* 2. *ſupra eod.*
[i] Neceſſitas ſeruiendi.
[k] Piam ſententiam mutare non licet.
[l] id eſt aluerint. Alimentorum cauſa veritati non officit *l.* 10. *ff. qui ſunt ſui.*
[m] tametſi in quibuſdam negotijs initium ſpectetur & voluntas gerentis.
[n] Gratuita, mercede non admittunt.
[o] *ſumpta ex* 33. *Eclog.* 2. *ca.* 4. & 1. *Harmenop. vlt. in fin.*
[p] Leunclaij interpretatio
[q] *l. vn.* §. 3. *ſuprà de Latina libertate.*
[r] de longa cõſuetudine 5. *Cod. Theodoſ. vlt. pars tituli* 3. *ff. libr.* 1. §. 9. *Inſtit. de iure natural:* *Vlp.* 1. §. 4. 1. *Harmenop.* 1. *cap.* περὶ ἔθυς: *adde* 2. *Eclog* 1. *ca.* περὶ νόμυ καὶ μακρᾶς συνηθείας: *adde l. vlt. ſuprà de emancipat.* [s] *l.* 35. *ff. de legib. Vlp.* 1. §. 4. inueterata *lege* 32. §. 1. *ff. de legib.* diuturna *l.* 33. *ibid.* vſus longæuus *l.* 2. j. *eod.* παλαιὰ *Harmenop. dicto loco:* μακρὰ συνήθεια *Eclog. dicto loco.* [t] *Eclog. dicto loco cap.* 43. *Harmenop. d. loco.* [u] in quo agitur ſcilicet. aliàs extranea conſuetudo non probat. [x] Non omnis vſus, ſed frequẽs, conſuetudinem facit. [y] Conſuetudo non eſt ſine ratione. adeo vt ab errore ducta conſuetudo, non ſit conſuetudo: nec in ſimilibus obtineat *l.* 39. *ff. de legib.* Ideóque à Tertulliano *libro de corona,* conſuetudo rationis interpres dicitur.

ſuaſit, cuſtodienda [a] eſt. Et ne quid contra [b] longam conſuetudinem fiat, ad ſolicitudinem tuam reuocabit præſes [c] prouinciæ. PP. 6. Kal. April. Iuliano II. & Criſpino Coſſ. 225.

2. Imp. *Conſtantinus* A. ad Proculum.

COnſuetudinis vſuſque longæui non vilis auctoritas [d] eſt, verum non vſque adeo ſui valitura momẽto, vt aut rationem [e] vincat, aut legem [f]. Dat. 7. Kal. Maij, Conſtantino. PP. A. V. & Licinio Cæſ. Coſſ. 319.

*Conſuetudo legem imitatur, & pro lege ſeruatur. Salyc.*

3. Impp. *Leo* & *Anthemius* AA. Alexandro.

LEges quoque ipſas antiquitus probata [g] & ſeruata tenaciter [h] conſuetudo imitatur [i] & retinet: [k] & quod officijs, curijs, ciuitatibus, principijs, [l] vel collegijs præſtitum fuiſſe cognoſcitur, perpetuæ legis vicem obtinere ſtatuimus. Dat. 7. Idus Septemb. Martiano & Zenone Conſſ. 469.

## DE DONATIONIBVS, [m]

## Tit. LIIII.

1. Impp. *Seuerus* & *Antoninus* AA. Lucio.

EMPTIONVM mancipiorum inſtrumentis [n] donatis, & traditis, & ipſorum mancipiorum donationem [o] & traditionem factam intelligis: & ideo potes aduerſus donatorem in rem actionem exercere. PP. V. Kalend. Iul. Fauſtino & Rufino Coſſ. 211.

2. Imp. *Gordianus* A. Leonidi.

SI nominis [p] perſecutionem in te emancipatam pater tuus titulo donationis tranſtulit, fruſtra prætendit qui debitori tuo hæres exſtitit, conſenſum [q] fuiſſe debitoris neceſſarium: cùm ſatis fuerit actiones [r] eo nomine tibi mandatas fuiſſe. PP. II. Idus Mart. Gordiano A. II. & Pompeiano Coſſ. 242.

3. Imp. *Decius* A. Marcellino.

SPem [ſ] futuræ actionis plena intercedente donàtoris voluntate poſſe trãsferri non immeritò placuit. PP. Non. Mart. Decio A. I. & Grato Coſſ. 251.

4. Imp. *Probus* A. Marſiæ.

SI functiones, [t] ‖exactiones, vel tributa‖ per eum cui donata res non erat, vel ab actoribus ipſius nomine celebratæ ſunt: tibi obeſſe non poteſt. PP. 5. Kalend. Ianuar. Meſſala & Grato Coſſ. 280.

5. Impp. *Carinus* & *Numerianus* AA. Flacconillæ.

SI donatio per epiſtolam [u] facta non apparet, verba tamen teſtamenti, quibus liberalitas teſtatricis cõfirmata eſt, fideicõmiſſum continere non ambigitur. PP. 6. Kal. Febr. Romæ, Carino II. & Numeriano AA. Coſſ. 284.

*Donatio poteſt fieri inter abſentes: & adepta poſſeſſione ex ea cauſa tranſit dominium. Bald.*

6. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* AA. Chriſtianæ.

NEc ambigi oportet donationes etiam inter [x] abſentes (& maximè ſi ex voluntate donãtium poſſeſſiones hi, quibus donatum eſt, nanciſcantur) validas eſſe. PP. 3. Id. Feb. Maximo II. & Aquilino Conſſ. 286.

[a] Conſuetudo ſeruanda v. *l.* 3. j. *eod.*
[b] aduerſus conſuetudinem non eſt iudicandum.
[c] Preſes, conſuetudinis cuſtos.
[d] Auctoritas conſuetudinis, non vilis *l.* 36. *ff. de legib.*
[e] Conſuetudo rationem non vincit aut legem *Eclog.* & *Harmenop. d. loco*
[f] *Eclog. Harmenop. d. loco l.* 33. *ff. de legi.* Imò vſus ac mores, Romanas leges ſuperant 2. *Feud.* 1. *verſ. legum.*
[g] Conſuetudo antiquitus probata & ſeruata tenaciter.
[h] præſertim aliquo cõtradictorio *l.* 34. *ff. de legib.* & eodem caſu *l.* 37. *ff. de legib.* per annos plurimos *l.* 37. *ff. de legibus.*
[i] Conſuetudo legem imitatur, pro lege obſeruatur *l.* 32. §. 1. *ff. de legib.* pro lege & iure cuſtoditur *l.* 33. *ff. de legib.* pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex *Tertull. lib. de Coronæ* vim legis *l.* 38 *ff. de legib.* vim perpetuæ legis obtinet j. *eod.* τάξιν ἔχει νόμυ *Eclog. d. loco* ἀντὶ νόμυ φιλάττεται. *Harmenop. dicto loco.* [k] Conſuetudo legem retinet. id eſt, impedit quominus deſueſcat *vt hic:* eiuſdem interpres optima *l* 37. *ff. de legib.* [l] συςήμασιν *Eclog. d. loco.* Principia *hic* & *l.* 12. *inf. ff. de re milit.* loca, vbi principes milites ſtabant. hinc principalis porta, quæ in eo erat loco, in quo principes ordines tendũt *Feſt. in principalis.* [m] *dixi ad* 39. *ff.* 5. περὶ τῶν ἐν ζωῇ δωρεῶν &c. 47. *Eclog.* 1. [n] Tradito inſtrumento rei donatæ, res tradita intelligitur. Perficitur donatio non tantum vera traditione, ſed & fictitia aut potius ſymbolica v. *Hotoman.* 12. *Illuſt.* 1. *adde l.* 49. *ff. ſoluto. l.* 44. §. 5. *ff. de legat.* 1. [o] donatione traditione facta &c. [p] Nomen donari poteſt. [q] Citra conſenſum debitoris nomen cedi poteſt. [r] Actio poteſt mandari. [ſ] Spes futuræ actionis poteſt donari *vt hic* ſpes, vt conditionalis ſtipulatio *l.* 17. *ff. de hæred. vend. l.* 54. *ff. de verb. ſignif.* §. 4. *inf. Inſtit. de verb. oblig.* [t] Nuda ſolutio functionum nec ſoluentem *vt hic:* nec cũ cuius nomine cenſus ſoluitur, rei dominum facit v. *l.* 7. *l.* 8. j. *eodem.* [u] Confeſſio teſtamentaria factæ inter viuos donationis, tranſit in fideicommiſſum, quoties de inſtrumento inter viuos non apparet *vt hic* & *l.* 16 *ff. eodem.* [x] Abſenti facta donatio valet. *l.* 4. *l.* 10. *ff. eod.* an antè ratihabitionem? v. *Clarum* 4. *ſent.* §. *donatio quæſt.* 12. 13. & *Roland. à Valle* 1. *conſil.* 19. *num.* 2.

7. Iidem

7. Iidem AA. & CC. Iulio.

CEnſualis [a] quidem profeſſio [b] domino præiudicare non ſolet. [c]Sed ſi in cenſum velut ſua mancipia deferenti priuigno tuo conſenſiſti [d]; donationem in eum contuliſſe videris. PP. Id. Iul. ipſis AA. IIII. & III. Conſſ. 290.

8. Iidem AA. & CC. Floræ.

SI præſes prouinciæ non [e] donandi voluntate filiorum tuorum nomine prædia in [f] cenſum detuliſſe te manifeſtis probationibus cognouerit: quod fides veri ſuggeſſerit, id eſt. PP. 8. Id. Sept. ipſis AA III, & IIII. Conſſ. 290.

9. Iidem AA. & CC. Auguſtianæ.

LEgem [g], quam rebus tuis donando dixiſti, ſiue ſtipulatione tibi proſpexiſti, ex ſtipulatu, ſiue non: incerto [h] iudicio, id eſt præſcriptis [i] verbis apud præſidem prouinciæ debes agere, vt hanc impleri prouideat. PP. 16. Kal. Maij, AA. Conſſ.

*Inuitus vel ignorans non donat: & conſenſus errantis ei non præiudicat. Salyc.*

10. Iidem AA. & CC. Hermoniæ.

NEc [k] ignorans, nec inuitus [l] quiſquam donat. vnde ſi de hoc fundo non cogitaſti, cuius velut [m] donationi te conſenſiſſe continetur inſtrumento: maiores [n] veritate [o] rei, quam ſcriptura vires obtinente, intelligis, de quo non cogitaſti, nec ſpecialiter ſubſcripſiſti, nihil te perdidiſſe. S. 5 Kal. Maij, CC. Coſſ.

11. Iidem AA. & CC. Sabino.

CVm de bonis tuis partem [p] quidem penes te retinuiſſe, partem vero in eum, quem in poteſtate [q] habes, donationis titulo contuliſſe commemores: non eſt incerti iuris, in eum qui in ſacris familiæ tuę remanet deſtinationem [r] magis paternæ voluntatis factam, quàm perfectam donationem perueniſſe. Delegationes [s] autem nominum in emancipatum [t] collatæ, perfectam donationem actionum efficiunt. S. 2. Kal. Maij, CC. Coſſ.

12. Iidem AA. & CC. Aureliano.

POrtionem propriam, rebus nondum [u] diuiſis, nemo prohibetur titulo donationis in alium transferre. Dat. 17. Kal. Iun. AA. Coſſ.

13. Iidem AA. & CC. Vraniæ.

SI aliquid per epiſtolam [x] donatum tibi probetur, breuitas [y] chartulæ, donationi (ſi hæc rectè facta probetur) nihil quicquam derogat. Dat. 15. Kal. Iun. Sirmij, AA. Coſſ.

14. Iidem AA. & CC. Ideo.

SI filius tuus res ad [z] te pertinentes ſponſæ ſuæ te non conſentiente donauit: ad eam, quod non habuit, tràſferre non potuit. S. 15. Kal Octob. AA. Conſſ.

*Aes alienum non ſequitur fundum, ſed ſucceſſorem vniuerſalem. Bart.*

15. Iidem AA. & CC. Seueræ.

AEris [a] alieni [b], quod ex hæreditaria cauſa venit, non eius qui donationis titulo poſſidet, ſed totius iuris ſucceſſoris onus eſt. ſi itaque nemini obligata [c] prædia per donationem conſecuta es, ſuperuacuã geris ſolicitudinem, ne vel hæredes donatricis vel eius creditores te iure poſſint conuenire. S. 15. Kal Decemb. AA. Conſſ.

16. Iidem AA. & CC. Theodoto.

SEnectus [d] ad donationem faciendam ſola non eſt impedimento. Dat 5. Kal. Decembr. AA. Coſſ.

[a] i. rei in cenſum delatæ ſc. [b] de cuius forma v. l. 4. ff. *de cenſib.* [c] facta ſc. ab extraneo. nã à vero domino facta profeſſio, nocet *l. 10. ff. de probationib.* [d] Profeſſio cenſualis facta à non domino non nocet domino, niſi dominus cõſentiat eo enim caſu donare videtur. [e] ſimulato conſenſu nõ perficitur donatio. [f] *dixi ad d. l. 4. ſuprà eod: adde l. 8 ſuprà de act. empti: l. 64. ff. de adqui. rer: l. 4. §. 4. ff. ad exhibend.* [g] Lex donationis ſeruanda. [h] incerti *Hal. adde l. 22. in f. C. eod.* [i] *v. l. 2. ſuprà de pactis int. empt.* [k] ignorans non donat 47. *Eclog. 1. c. 45: 3. Harmenop. 1.* [l] Inuitus non donat *d. c. 45: d. tit. 1: l. 29. ff. eod: dixi l. 82. ff. de reg. iur.* [m] *v. l. 18. ſupra de proba: l. 14. ſupra de contrah. & commit. ſtip.* [n] Veritas, inſtrumẽti narrationi præfertur.

[o] *l. 1. ſuprà plus valere: facit l. 7. ſuprà eodem.* [p] Pars bonorum donari poteſt. [q] Donatio facta filio in poteſtate poſito, donandi potius eſt deſtinatio, quam perfecta donatio. [r] Aliud deſtinatio donationis, aliud donatio. [s] Rerum incorporalium, veluti nominum, ſiue obligationum donatio perficitur ceſſis actionibus. [t] Pater filio emancipato rectè donat. [u] Pars pro indiuiſo ſeu indiuiſi donari poteſt. Socius ex indiuiſo portionem ſuam donare poteſt 47. *Ecl. 1 c. 46.* non tamen à lite conteſtata. dixi *l. 1. ſupra eod. comm. diui. l. 3. C. de com. rer. alien: adde l. 16. ſuprà de iure dot.* [x] Per epiſtolam donare poſſumus *vt hic: & l. 5. C. eo:* fideicommittere *l. 22. ff. de fideic:* at non hæreditatem conferre *arg. l. 10. ff. de iure codic:* dare tutorem *l. 2. C. de confir. tut:* ferre ſententiam *l. 5. ſuprà com. epiſt.* nemo quoque compellitur ex epiſtola ad muneris editionem *l. 5 ff. de pollicit.* [y] Breuitas fidem chirographi non minuit. [z] Res aliena citra domini conſenſum donari non poteſt *l. 9. in f. ff. eod. v. l. 20. ff. de adq. rer. l. 54 ff. de reg. iur.* [a] Aes alienum obligatio perſonalis. [b] Aes defuncti non ſequitur donatarium, ſed hæredem: id eſt perſonalis actio non ſequitur ſingularem ſucceſſorem: ſed realis *vt hic: & l. 22. l. 24. C. eodem* Ratio dubitandi ſumi poteſt ex lege 149 ff. *de reg. iur.* [c] Pignus, obligatio realis. [d] Senex donare poteſt *vt hic:* & teſtamentum facere *l. 3. ſuprà qui teſtam. fac:* & tranſigere *arg. l. 27. ſuprà de tranſ.* id eſt, Sola ac per ſe ſenectus donationem, teſtamentum, aut tranſactionem non vitiat.

*Sicut donatio facta emancipato valet, ita facta filio in poteſtate per emãcipationem confirmatur, ſi pater tradidit, & non ademit. Bald.*

17. Iidem AA. & CC. Herniæ.

SIue emancipatis [a] filijs res donaſti, ſiue in poteſtate conſtitutis, & ſui iuris effectis, ac tenentibus non ademiſti: blandiri ‖tibi‖ non debes veluti res donatas ex pœnitentia [b] liceat auferre. Sanè ſi ea, quæ in tua poſitis poteſtate donaueras, poſt emancipationem contra tuam tenuerint voluntatem: horum penes te dominium [c] remanſit: ſi quidem nec tempore, quo voluiſti, propter vinculum poteſtatis ſibi quicquam quærere, nec pòſt te inuito de rebus tuis potuerunt. S. 6. Kal. Ian. AA. Conſſ.

18. Iidem AA. & CC. Audiano.

SI donationis cauſa furti [d] actionem tibi remiſſam probetur: ſuperuacuam geris ſolicitudinem. S. 5 Kal. Ian. AA. Conſſ.

19. Iidem AA. & CC. Alexandriæ.

SI auia veſtra proprias res quacunque ratione factas titulo liberalitatis in eum, cõtra quem preces funditis, contulit: quo minùs hæc rata maneant, quod ex [e] origine patris vel aui veſtri deſcendunt, nihil prodeſt. S. 16. Kal Febr. Sirmij, CC. Conſſ.

20. Iidem AA. & CC. Helinio.

VIce [f] donatricis alio voluntate eius ſubſcribente, iure facta donatio non habetur irrita. S. 7. Kal Febr. CC. Conſſ.

21. Iidem AA. & CC. Antoniæ.

COnſtante matrimonio dotem [g] penes maritũ ſuum conſtitutam, auia tua tibi donare non potuit. S. 5. Idus Mart. CC. Coſſ.

*Ex pacto donationis non quæritur actio extraneo: ſed ipſe donator pacto non ſeruato agit ad intereſſe. Bald.*

22. Iidem AA. & CC. Diomedi.

CVm res filio ‖tuo‖ emancipato ea [h] conditione, vt creditoribus tuis ſolueret, te donaſſe proponas: ſi ſtipulatione, vel incontinenti [i] habito pacto huic rei proſpexiſti: creditoribus quidem [k] non contra eum ex placito veſtro ſed aduerſus te competit actio. Eum autem, cui certa lege prædia donaſti, incerta [m] ciuili actione ad placitorum obſequia vrgeri ſecundùm legem donationibus dictam conuenit. S. 7. Kal. April. Sirmij, CC. Conſ.

23. Iidem AA. & CC. Olympiadi.

SI ea quæ donaueras, poſteriori placito, qui acceperat, dono tibi reddidit [n]: donationis antecedentis inſtrumentum actis ſequentibus [o] nihil obeſſe poteſt. Subſcriptum 5. Calen. Octob. Cæſarib. Conſſ.

24. Iidem AA. & CC. Macario.

SI patri tuo hæres [p] non extitiſti, ex facta ab eo liberalitate titulo donationis non poſſe iura tua lædi, manifeſtiſſimi iuris eſt. PP. Non. Febr. Antiochiæ, Diocletiano IX. & Maximiano VIII. AA. Conſſ. 304.

25. Imp. *Conſtantinus* Auguſtus, ad Maximum PP. [q]

DOnatio [r] ſiue directa ſit, ſiue mortis † cauſa inſtituta, ſiue conditione faciendi aut non faciendi ſuſpenſa, ſiue ex aliquo notato [s] tẽpore promiſſa, ſiue animo dantiũ accipiẽtiũ ve ſentẽtijs (quantũ ius ſinit [t]) cognominata [u]: ſub hac fieri debet obſeruatiõe, vt quas leges [x] indulgẽt actiões [y], cõditiões, pactioneſq; cõtineat. Hiſq; penit

[a] Quod emãcipationis tẽpore filio pater non adimit, ei donare intelligitur *l. 31. §. 2. ff. eo.* [b] Pœnitere ſemper non licet *vt hic.* [c] Suo quod pater donat non alienat, etiamſi id velit maximè. [d] Furti actio remitti poteſt *l. 13. C. de furt: l. 7. §. 14. l. 16. ff. de pactis: l. 61. §. 1. ff. de furtis: dixi ad leges xij. tabul. lib. 2. tit. 24. §. 5.* [e] Res etiam à parentibus acceptas donare poſſumus, *vt hic:* dubitandi ratio ſumi poteſt ex lege 14. *C. de contrah. empt: adde l. 3. C. de comm. rerum alienat.* [f] *v. l. 31. verſ. verum C. eod.* [g] *l. 17. 23. C. de iure dot: 47. Eclog. 1. c. 55.* [h] Lex donationis implẽda *l. 9. C. eod: l. 3. in f. C. de contrahenda empt.* [i] Pactum incontinẽti habitum *l. 7. §. 5. ff. de pact.* [k] Dedi centum Titio ea lege vt creditori ſatisfaceret, creditor non cogitur in donatariũ experiri.

[m] ad implendam legẽ donationis, vtimur aduerſus donatariũ incerti actione præſcriptis verbis *d. l. 9. in f. ſuprà eod: l. 28. in fi. ff. eod.* [n] Res à me donata mihi redonari poteſt. [o] Acta poſteriora prioribus derogant *facit l. 12. C. de pact.* [p] Pater res filij non ſuccedentis inutiliter donat *vt hic: & l. 14. ſupra de rei vindic: facit l. 15. ſupra eod.* [q] Præfectum vrbi *lege 1. Cod. Theodoſ. eod: vide Cuiac. 20. obſeru. 4.* [r] *dicta l. 1.* huius etiam conſtitutionis pars continetur in lege 21. *ſupra de adminiſt. tut.* † Hodie mortis cauſa donatio, conteſtationem & inſinuationem exigit *l. vlt. C. de mort. cauſ. donat.* [s] puta ex certo tempore. ad certum vel incertum tempus *l. 2. 3. ſupra de donat. quæ ſub modo: l. vlt. ſupra de legat.* [t] quibuſdã enim caſibus permiſſa imaginaria vẽditio eſt, aliud ſi fiat in fraudem legis Cinciæ, vel legis puta repetundarũ *l. 8. in f. ff. ad leg. Iul. repetundar:* vel aliarũ legum. [u] Venditio imaginaria eſt cui nomen vẽditionis, conductionis, & ſimiliũ adſcribitur *l. 3. C. de contrah. emp: l. 46. ff. locati: l. 66. in f. ff. de iure dot: Paul. 2. ſent. 23. §. 4.* [x] Lex donationis ſeruãda *l. 9. l. 22. C. eo.* modo non ſit contra bonos mores *vt hic.* [y] πράξεις *Theodor.* actus legitimos, *Conſtantinus:* putà ceſſionem in iure, mancipationem, traditionem ſolennem. poteſt enim perfici donatio legis actione, vt ceſſione in iure *l. 1. Cod. Hermog. eod.* mancipatione *l. 4. Cod. Theodoſ. eod:* vel vtroque *l. 7. C. eod. l. vlt. C. eod:* Inter parentes & liberos perficitur nuda voluntate *d. l. 4.* hodie inter omnes perficitur quidem nuda voluntate, conſumitur traditione.

cognitis [a] vel recipiantur ſi complacitæ ſunt: vel reijciantur, ſi ſunt moleſtæ[b]. In conſcribendis † autem donationibus[c], nomen[d] donatoris, ius, ac rem notari oportet: neque id occultè[e], aut priuatim[f], ſed aut[g] tabula, aut quodcunque aliud materiæ ‖genus‖ tempus dabit, vel ab ipſo, vel ab eo quem ſors miniſtrauerit[h], perſcribatur: actis † etiam annectendis, quæ apud iudicem vel magiſtratus conficienda ſunt, vbi hoc leges expoſtulant. Datum 3. Non. Febr. Romæ, Seuero & Rufino Coſſ. 323.

26. Idem A. Catilino proconſuli Africæ.

SI quis in emancipatum minorẽ, prius quàm fari poſſit[i], aut habere rei, quæ ſibi donatur, adfectum, fundum crediderit conferendum, omne ius compleat inſtrumentis ante præmiſſis. Quod ius per eum ſeruum, quem idoneum eſſe conſtiterit, tranſigi placuit: vt per eũ infanti acquiratur. Dat. 12. Kal. Maij Serdicæ, Sabino & Rufino Conſſ. 316.

*Non ſolum inter extraneos, ſed etiam inter coniunctas perſonas requiritur inſinuatio donationis excedentis legitimam ſummam.*

27. Idem A. ad Seuerum com. Hiſpaniarum.

DAta iampridem[k] lege[l] ſtatuimus, vt donationes interueniente actorum teſtificatione conficiantur: quod vel maximè inter neceſſarias coniunctáſq;[m] perſonas conuenit cuſtodiri. Si quidem clandeſtinis[n] ac domeſticis fraudibus facilè quiduis pro negotij opportunitate confingi poteſt: vel id quod verè geſtum eſt, aboleri. Cum igitur nec liberos quidem ac parentes lex noſtra ab actorum confectione ſecernat: id, quod neceſſariò ſuper donationibus apud acta conficiendis iampridem ſtatuimus, vniuerſos teneat: geſta autem cõfici ſuper rebus ‖etiam‖ alibi[o] collatis[p], vbicunque ſufficit. Dat. 3. Non. Maij, Dalmatio & Zenophilo Coſſ. 333.

28. Impp. *Honor.* & *Theod.* AA. Monaxio præfecto prætorio.

QViſquis[q] rem aliquam donando, vel in dotem dando, ‖vel vendendo,‖ vſumfructum[r] eius retinuerit: etiam ſi ſtipulatus non fuerit, eam continuò tradidiſſe credatur, nec quid amplius requiratur, quò magis

[a] Lege donationis intellecta, donatori liberum eſt, donationem accipere vel reijcere. fit igitur donatio non *μονομερῶς* vt *hic*: idque etiam indicat lex 26 j. *eod*: lex 15. s. *de ſacroſ*: *lex* 21. s. *de adminiſt. tut.* [b] moleſtæ. Ita vt minorũ defenſores, ſi donationis conditionem neglexerint, rei amiſſæ periculum preſtent *l.* 1. *Cod. Theodoſ. eod*: quæ verba in legem 21. *de adminiſt. tut.* ſunt trãslata. † hodie in omnibus donationibus non requiritur ſcriptura *l.* 29. j. *eod*: [c] Quænã cõtineri oporteat in inſtrumento donationis. [d] Poſſumus inde colligere donationẽ conferri non poſſe in ignotum *v. l.* 29. j. *eod.* [e] occultè an per imperitos, aut priuatim &c *l* 1. *Cod. Theod. eod.* [f] Clandeſtina donatio vetita. [g] Idem in teſtamento *v. l.* 11. *l.* 15. *inf.* s. *de teſtam.* §. 12. [h] miniſtrauerit, ſcientibus plurimis præſcribatur & corporalis traditio ſubſequatur, ad excludendam vim atque irruptionem aduocata vicinitate, omnibúſque arbitris adhibitis, quorum poſtea fide probabitur donatam rem, ſi eſt mobilis: & voluntate tradita donatoris: vel ſi immobilis, ab cenſu donantis nouo domino patefactam, actis etiam &c. *d. l.* 1. *C. Theod.* quæ verba, à Iuſtiniano hîc ſublata, id ſignificant, vicinos ac teſtes fuiſſe aduocandos: quod Zeno mutat *l.* 31. j. *eod*: contentus inſinuatione publica vel inſtrumento donationis. † *l.* 27. *in fi. eod*: *l.* 35. §. 3. j. *eod.* videtur remiſſa inſinuatio à Leone Nouella 50. [i] Pater filio infanti donare poteſt, adhibito ſeruo qui infantis nomine donationi conſentiat *vt hic*: *adde l.* 28. *ff. de vſurpat.* [k] anno 323. [l] *l.* 25 *inf.* s. *eo.* [m] coniunctiſſimáſq; *Hal.* quales ſunt parentes & liberi. Quid ſi donatio facta inter huiuſmodi perſonas: legitimã ſummã non excedit nũ inſinuatio requiritur? nõ requiritur *l.* 23. s. *de donat. inter vir*: vt in eo Domninus inter Grecos: Placentinus inter Latinos falſus ſit, Quid, inquies, neceſſe fuit ſtatui inſinuationẽ donationis inter coniunctiſſimas perſonas factæ intra legitimã quantitatem requiri? Argumento aut inductione diui Pij, quæ coniunctiſſimis remiſit ſolennitatem mancipationis & traditionis *l.* 4. 5. 7. *C. Theod. eo*: dicendum videbatur remitti quoque omnino inſinuationem, præſertim cùm Paulus 4. *ſent.* ſcribat, In donatione facta inter coniũctas perſonas ſufficere quibuſcunque verbis expreſſam volũtatem *v. Cuiac.* 20. *obſ.* 2. Cauſa decidendi fuit, ne fraudibus coniunctarum perſonarum via pateſieret. [n] Clandeſtinæ ac domeſticæ fraudis magnum periculum. Inter coniunctas perſonas facilè fraus preſumitur. [o] *v. l.* 30. j. *eo. v. quæ dixi ad l.* 1. s. *de contrah. empt*: *l.* 15. s. *de reſcind*: *l. vlt.* s. *de præſcr. longi temp.* [p] collocatis. [q] *l.* 2. *C. Theod. eo. inf.* [r] Perficitur donatio retẽtione vſusfructus *vt hic*: *&* *l.* 35. §. 5. j. *e.* *l.* 2. *C. Theod. eo*: *l.* 42. ff. *de mort. cauſ. dona*: 47. *Eclog.* 1. *c.* 61. Retentio vſusfructus traditionẽ dominij perficit. Pro traditione habetur vel citra ſtipulationẽ, etiamſi donator de euictione nõ teneatur citra ſtipulationem *l.* 2. s. *de euiction.* eoque caſu donator donatario poſſidet non ſibi. Idem perficitur conſtitutione precarij *l.* 18. ff. *de adquir. poſſeſſ.* conductione rei donatę *l.* 77. *ff. de rei vindic.* ſi rem à ſe donatam quis retineat tanquã in cauſa pignoris vel depoſiti *vt l.* 1. s. *eo.* idem perficitur traditione inſtrumenti *l.* 7. *l.* 8. s. *eod.* Sic, aditio hæreditatis fiebat re aliqua hęreditaria accepta *l.* 1. *C. Theod. de legi. hære.* Notã-

videatur facta traditio: ſed omnimodo idem[a] ſit in his cauſis vſumfructum retinere, quod tradere. Datum 2. Id. Mart. Honorio A. XI. & Conſtantio Cæſ. II. Coſſ. 417.

29. Impp. *Theod.* & *Valent.* AA. Hierio[b] præfecto prætorio.

IN extraneos[c], & ſæpe ignotos[d], donationem[e] collatã valere receptum eſt. & ſi ſine † ſcripto donatum quid fuerit, adhibitis alijs[f] idoneis documẽtis, hoc quod geritur, comprobatur. Datum 11. Kal. Maij, Felice & Tauro Coſſ. 430.

*Donationes factæ in vrbe, debent inſinuari apud magiſtrum cenſus. Bald.*

30. Imp. *Leo*[a] Conſtantino præfecto prætorio.

IN hac ſacratiſſima vrbe conſcriptæ donationes vbicũque[h] poſitarum rerum, apud magiſtrum cenſus[i] inſinuẽtur. In alijs verò ciuitatibus, ſiue abſens ſiue præſens rector[k] prouinciæ ſit, ſiue eadem ciuitas habeat magiſtratus, ſiue non habeat, & defenſor[l] tantummodo ſit: donator habeat liberam facultatem donationes rerum ſuarum vbicunque[m] poſitarum, ſiue apud moderatorẽ cuiuslibet prouinciæ, ſiue apud magiſtratus, ſiue apud defenſorem cuiuſcunque ciuitatis prout maluerit, publicare †. Atque vt ipſa donatio ſita eſt in voluntate[o] donantis, ita ei liceat donationem ſuam apud quemcunque ex memoratis voluerit intimare: & hæ donationes quæ in diuerſis prouincijs & ciuitatibus apud quemlibet ex prædictis fuerint publicatæ, obtineant inconcuſſam ac perpetuam[p] firmitatem. Dat. 5. Non. Mart. Conſtantinop. Patricio & Richomere Coſſ. 459.

31. Imp. *Zeno* A. Sebaſtiano præfecto prætorio.

IN donationibus quæ actis inſinuantur, non † eſſe neceſſarium iudicamus vicinos vel alios teſtes[q] adhibere. Nam ſuperfluũ[r] eſt priuatũ teſtimonium, cum publica monumenta ſufficiant. Verùm & illas donationes quas geſtis non eſt neceſſarium alligari, ſi fortè per tabellionẽ vel alium ſcribantur, & ſine † teſtium ſubnotatione valere præcipimus: ita tamen, ſi ipſe donator vel alius[ſ] volũtatem eius ſecundum ſolitam obſeruationem ſubſcripſerit: donationibus quę ſine ſcriptis conficiuntur, ſuam firmitatem habentibus ſecundùm conſtitutionem[t] Theodoſij & Valentiniani ad Hierium præfectũ prætorio promulgatam. Datum Kal. Mart. Conſtantinopol. Ello V.C. Coſ. 478.

*Inſinuatio facta coram iudice incompetente, non valet. Bald.*

32. Imp. *Anaſta.* A. Euphemio præfecto prætorio.

SEcundùm diui Leonis conſtitutionem[u] donationes apud virum clariſſimum magiſtrum cenſus tantummodo † inſinuari præcipimus: huiuſmodi forma in illis inſtrumentis obſeruanda, quæ in hac regia vrbe confecta ſeu celebrata fuerint: nec concedi quenquam vel apud defenſores ſeu magiſtratus aliarum ciuitatum, vel in alijs quibuſcunque locis præter memoratum iudicium inſinuare: ſciẽtibus tam his, qui ad huiuſcemodi inſinuationem peruenerint, quàm his qui eam ſuſceperint, nec non tabellionibus quicunque teſtimonium ſuum non in competenti[x] (vt dictum eſt) loco[y] vel iudicio præbuerint, vicenarum librarũ auri multa, & alia grauiſſima indignatione ſe eſſe feriendos. S. Dat. prid. Kal. Maij. Paulo V.C. Coſ. 496.

da eſt conſuetudo Regni Daciæ *ex c.* 2. *de cõſuetudine*, qua ſuiſ dos donatos tradidiſſe Eccleſiæ donator videtur; delata vna gleba in Eccleſiam, vel altari impoſita, vel tradita in manum epiſcopi vel alterius Eccleſiæ prælati. qui mos deſumptus videtur ex iure ciuili, quo, vna gleba in ius delata, in ea tanquã in toto fundo vindicatio fieri ſolebat 20. *Gel.* 9: *dixi ad leges* 12. *tabu. lib.* 2. *tit.* 22. §. 1: *adde Cuiac.* 19. *obſ.* 18. *his adde quæ ſcripſi ad l.* 3. §. 1. ff. *de adquir. poſſeſſ.* [a] Idem vſumfructũ retinere quod tradere. Quid, an præſente donatario, vſusfruct⁹ exceptio faciẽda? procuratori, domino, patri, curatori, tutori rectè: alijs nõ rectè fieri iudicatũ fuiſſe refert Papo 11. *Arreſt.* 1. *num.* 28. [b] *l.* 31. *inf.* j. [c] *v. l.* 3. j. *de mort. cauſa.* [d] *v. quæ not. ad l.* 15. §. 14. *ff. de excuſat. tut*: *dixi etiã quædã ad l.* 25. s. *eod. verſ. in conſcribendis. ibi, nomen donatoris.* [e] vt & legata & hæreditates. *dixi ad d.* §. 14. † In donatione non requiritur ſcriptura *l.* 31. *in fin.* j. *eod*: *l.* 12. s. *de fide inſtrum.* olim requirebatur *l.* 25. *in fi.* s. *eod.* [f] Idonea inſtrumenta vicem inſtrumenti ſuſtinent. [g] *l.* 32. j. *eo.* [h] *v. l.* 27. *inf.* s. *eod.* [i] *de quo v. l.* 23. *ſuprà de teſtã.* [k] *l. vn. ſupra de off. iud.* [l] quędã. n. ciuitates habuere curias pro ſenatu: duumuiros pro conſulibus: defenſores plebis, pro tribunis plebis: quędã defenſorem tantum *v. l.* 9. s. *de defenſor. ciuit.* *v. Nouel.* 15. [m] *d. l.* 27. *inf.* † Vrbanæ donationes, apud magiſtrum cenſus: prouinciales, apud iudices locorũ. poſtea conſtitutũ, vt omnes apud magiſtrũ cenſus inſinuarẽtur *l.* 32. j. *eo.* [o] Donatio, eſt actus volũtarius. [p] Ritè facta inſinuatio vbi ius effectũ habet. † abrogatur pars legis 1. *C. Theod. eod*: *de qua dixi ad l.* 25. *ſupra eod. inf. in verbo miniſtrauerit.* [q] In donatione quæ fit apud acta iudicis, teſtes nõ requirũtur. In ea quæ fit extra acta, ſubſcriptio donatoris requiritur: etiãſi à tabellione ſcripta fuerit: *adde Nouel.* 52. *c.* 2: *Nouel.* 73. *c.* 5. [r] *v. l.* 10. s. *de probat.* † videtur id abrogari *d. c.* 5 [ſ] *l.* 29. s. *eod.* [t] *l.* 2. s. *eod.* [u] *l.* 30. s. *eod.* † abrogatur pars legis 30. s. *eo.* [x] Donatio apud incompetentem iudicem inutilis *l.* 17. s. *eo.* [y] Quid, temporis nulla habebitur ratio in inſinuatione? vide Paponem 11. *Arreſt.* 1. *Arreſt.* 24. vbi exiſtimat intra trigeſimum annum donationem inſinuari poſſe: *ibid. Arreſt.* 25. negat quoque valere factam à morte donatoris.

*Mortuo*

*Mortuo procuratore facto in rem ſuam re integra, non finitur mandatum, ſed tranſit ius ad hæredes. Bal.*

33. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

ILlam ſubtilem obſeruationem amputamus, per quam donationis titulo ceſſiones[a] actionum accipientes, nō aliter ſuis eas tranſmittere hæredibus poterant, niſi litem ex his conteſtati eſſent, vel ius conteſtationis diuino reſcripto[b] meruiſſent. Nam ſicut venditionis[c] titulo ceſſas actiones etiam ante litis conteſtationem ad hæredes tranſmitti permittitur, ſimili[d] modo & donatas ad eos transferri volumus: licèt nulla conteſtatio vel facta vel petita ſit. Quod & in procuratore conſtituendo ad mouendas eaſdem ceſſas actiones ſimiliter obſeruandū erit, vt minimè quis impediatur procuratorem[e] ceſſarum ſibi ſuper donatione actionum dare, licèt nulla litis conteſtatio facta vel petita ſit. Quæ in his tantummodo perſonis locum habere cenſemus, quæ ſuſceptis per donationem ceſſionibus adhuc ſupereſſe noſcuntur. nam iam mortuis huiuſcemodi perſonis, vetera iura ſuper hiſdem ceſſionibus poſita ſeruari concedimus. Dat. Kal. Iun. Conſtantin. Iuſtiniano A. PP. II. Coſ. 528.

[a] Procuratore in rem ſuá mortuo ante litem conteſtatam, rei donatæ nomine ius ad hæredes tranſmittit. V. *quæ notaui ad l.* 1. C. *ad exhibend.*
[b] V. *tit.* C. *quando libell. principi datus.*
[c] Morte eius qui nomen emit, mandatum non finitur V. *Cuiac.* 20. *obſ.* 31.
[d] Argumentum a venditione ad donationem.
[e] Donatarius procuratorē cōſtituere poteſt rei donatæ perſequendæ cauſa: *adde l.* 8. C. *de procurat.* V. *VVurmſer.* 1. *pract.* 5. *obſ.* 19.

*Donatio ſimplex valet hodie vſq; ad trecentos aureos non inſinuata: & excedens non valet. Sal.*

34. Idem A. Demoſtheni præfecto prætorio.

SAncimus omnem[a] donationem, ſiue communem, ſiue ante[b] nuptias factam, vſque ad trecentos † ſolidos cumulatam, non indigere monumentis, ſed communem formam habere: vt non vſque ad ducentorum ſolidorum ſummam teneat: ſed in huiuſmodi obſeruatione ſimiles ſint tam communes quàm ante[i] nuptias donationes. Si quid autem ſupra legitimam definitionem fuerit donatum: hoc, quod ſuperfluum eſt[k], tantummodo non valere: reliquam verò quantitatem, quę intra legis terminos conſtituta eſt, in ſuo robore perdurare, quaſi nullo penitus alio adiecto, ſed hoc pro non ſcripto vel non intellecto eſſe credatur. Exceptis[l] donationibus tam imperialibus, quàm his quæ in cauſas[m] pijſſimas procedunt: quarum imperiales quidem donationes meritò indignari ſub obſeruatione monumentorum fieri, tam à retro principibus, quàm à nobis ſancitum eſt, ſed firmam habere propriam maieſtatem.

[f] V. *Nouell.* 52. *cap.* 2.
[g] *dixi ad* 25. C. *de donat. inter vir.*

*Authent. ex Nouell. 52. c. 2.*

I*Tem & à priuatis in principem etiam ceſſantibus actis fit donatio.*

*Finis Authenticæ. Sequitur tex. l. Codicis.*

1 ¶ Aliàs verò, quæ ad pietatem reſpiciunt, vſque[n] ad quingentorum ſolidorum ſummam & ſine monumentis eſſe validas cenſemus. His inſuper ante nuptias donationibus, quæ in adultas minores[o] ſui iuris conſtitutas cuiuſcumque ſummæ procedunt, ſecundùm veterum legum ſcita etiam[p] niſi actis interuenientibus corroboratæ ſunt, ſuam retinentibus firmitatem. Sin autem non in auro res donationis fuerint datę, ſed per res mobiles, vel immobiles; vel ſe mouentes: quantitatem earum æſtimari: & ſi quidem vſque ad legitimam ſolidorum ſummam erigatur, validam eam eſſe, & ſine monumentis conſeruari. Sin autem amplioris ſummæ inueniatur, & minimè actis comprobata eſt, ſuperfluum[q] tantum vacuari. 2 ¶ Ne autem communione[r] inducta, donatori, & ei qui liberalitatem ſuſcepit, aliqua oriatur contentio: electionem damus ei, qui ampliorem[ſ] ſummam in re donata habuerit, reliquam æſtimationis quantitatem offerre ei, qui minorem cauſam habuit, & totum poſſidere. Sin autem hoc minimè facere maluerit, tunc omnimodo res diuidi ſecundùm quantitatem vtrique parti competentem, ſi[t] res diuidi ſine ſuo periculo poſſibilis eſt. Sin autem in huiuſmodi, caſibus, in quibus partitio vtiliter celebrari minimè poteſt, amplioris ſummæ dominus noluerit offerre æſtimationem: tunc licebit etiam ei, qui minoris ſummæ habet poteſtatē, offerre pretium, & totum ſibi vindicare. 3 ¶ Si quis autem per[u] diuerſa tempora in eandem perſonam multas faciat liberalitates, quarum ſingulæ quidem legitimam quantitatem non excedunt, in vnum autem compoſitæ, & prædicto modo exaggeratæ, redundare videntur, & maioris eſſe quantitatis: non videatur eas oportere in vnum coadunare, & introducere modos per quos non valeant, & in irritum reuocentur: ſed è contrario & plures intelligantur, & ſingulæ ſecundùm ſui naturam obtineant, & monumentorum obſeruatione non indigeant. Cùm enim a veteribus ſuper hac re variatum eſt, alijs multas, alijs vnam eſſe definientibus: nobis cauſa placuit humanior, vt & multę intelligantur, & omnes validæ, & hi, qui liberalitates accipiunt, ſciant veros non falſos ſuos eſſe donatores. 4 ¶ Si quis autem talem acceperit donationem, in qua ſtipulatus fuerit annuam[a] quandam ſibi præſtari quantitatem tantæ ſummæ, quæ non excedit legitimum donationis modū: variabatur, vtrùm eum ex particulari donatione multas feciſſe donationes exiſtimandum ſit, & eas actis non indigere: an ex totius ſtipulationis fundamēto, & fonte eius, ex quo annuę donationes profluxerunt, & vnam eſſe eam donationem putandam, & proculdubio monumentorum obſeruatione vallandam: quod veteres quidem ſatis abundéq; variauerunt. Nos autē ‖ omnia ‖ certa diuiſione concludimus[b], vt ſi huiuſmodi quidem fuerit donatio, vt intra vitam perſonarū ſtetur vel dantis, vel accipientis: & multæ intelligantur donationes, & liberæ à monumentorū obſeruatione. Incertus etenim fortunæ exitus hoc nobis ſuggeſſit: vt poſſibile ſit vnius anni tantummodo, vel breuioris, vel etiam amplioris temporis metas ſuperuiuere vel donatorē, vel eum qui donationem accepit, & ex hoc inueniri etiam totam ſummā donationis non excedere legitimam quantitatē. Sin autem etiam hæredum ex vtraq; parte fuerit mentio, vel[c] adijciatur tempus vitæ vel donatoris, vel eius qui donationem accepit: tunc ei quaſi perpetuata donatione, & continuatione eius magnam & opulentiorem eam efficiente: & vna intelligatur ‖ donatio, ‖ & quaſi denſioribus donationibus cumulata, excedere legitimum modū, & omnimodo acta depoſcere, & aliter minimè conualeſcere. Recitata ſeptimò[d] in nouo conſiſtorio palatij Iuſtiniani. Dat. 3. Kal. Nouemb. Decio V. C. Coſ.

[h] An & eam quæ inter viuos ſit in aliquo teſtamento? ita iudicatum fuiſſe refert Papo. 11. *Areſt.* 1. *num.* 31. An & mutuam inter coniuges: nō requirit ſcripturā. & ita iudicatū idē *refert ibid. num.* 29.

† Hodie vſque ad 500. ſolidos facta donatio ſine inſinuatione valet *l.* 36. *in fin.* C. *eod.*

[i] *d. l.* 25.

[k] Vtilis donatio non vitiatur propter aliam inutilem adiectam. *adde l.* 21. *in fi. ff. eod. Nouel.* 162. *ca.* 1. *l.* 94. *ff. de regul. iur. l.* 1. *ff. de verbor. obligat.* [l] *l.* 9. C. *de ſacroſanct. eccleſ. l. vlt.* C. *de quadriennij praſcrip. Nouel.* 52. [m] *d. l.* 19. [n] Quid ſi donatio iuramento ſit munita? V. *Roland. à Valle* 1. *conſil.* 19. *num.* 48. *l. vlt.* C. *de mort. cauſa.* [o] V. *l.* 17. C. *de donat. ante nup.* [p] & niſi *Hal.* [q] *in pr.* C. *eod.* [r] Per donationem inducitur inter plures donatarios communio. [ſ] Amplioris ſummæ donatario primo defertur ius offerēndi pretij: eo recuſante minoris ſummæ donatario. [t] alioquin, quod ſine periculo diuidi non poteſt, iure indiuiſibile eſt. [u] Si diuerſis temporibus res variæ donentur, plures donationes intelliguntur.

[a] De annuæ donationis inſinuatione.
[b] In ſtipulatione annua præſtanda ab hærede & hæredi, requiritur inſinuatio. Quid ſi hæredis nulla facta eſt mentio? non requiritur.
[c] vel non adijciatur. ita legit Iſidorus *lib.* 47. βασιλικῶν idq; Cuiacius probat. *adde l.* 16. *in f. ff. de verbo. oblig.* quæ lectio Roberto diſplicet. 1. *recep.* 25. legit poſtmodū Cuiac. 15. *obſ.* 22. nec adijciatur. Mouetur libris Baſilicôn in quibus ita legitur εἰ δὲ μέχρι τὸν χρόνον ὁρίζουσιν Idem Cuiacius 15. *obſ.* 22. quo nomine ab eodem Roberto reprehenditur 1. *animadu.* 5.
[d] *dixi ad l.* 30. C. *de iure dotium.*

*Qui cauſa donationis promiſit certū pondus argenti, poteſt illud dare in maſſis, vel ſcyphis iuſto pretio æſtimandis. Sal.*

35. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

SI quis argentum donauerit[e] certúmq;[f] pondus nominauerit, non autē aliàs vel generaliter vel ſpecialiter expreſſerit: neceſſitatē[g] ei imponimus omnimodo præfatū pondus argenti dare ſiue in vaſis quibus voluerit, non tamen peioribus[h] æſtimatione[i] maſſæ, ſiue in ipſa æſtimatione, quæ pro maſſa rudi in illis[k] locis frequentata eſt. 1 ¶ Si verò reditum[l] certū ex poſſeſſionib. donauerit, non tamen nomina poſſeſſionū edixerit: neceſſe habere de ſua ſubſtantia fundos tradere, tantum reditum inferre valentes, quantū in donatione poſuerit: in talibus tamen agris qui nec omnibus quos habet in poſſeſſione, antepo nuntur: nec deteriores omnib. ſunt, ſed ſtatus[m] mediocris inueniūntur. 2 ¶ Similiq; modo ſi quis certum[n] numerū ſeruorum donauerit, non tamē & hîc nominatim ſeruos inſcripſerit: & hîc mediocris figuræ[o] ſeruos tradere, & neque tales quos nō habere magis quàm habere ꝓdeſt: nec iterū eos qui omnem ſeruorum familiā donatoris antecellunt, ſed & hîc mediocritas ſpectetur. 3 ¶ Sin autē donator neq; argentum neq; ſeruos habens, vel nō tantum quantū donauit, fecerit eorum donationē: æſtimationē[p] in his celebrari pro eo ꝙ deeſt: ita tamē, vt argenti quidē (ſecundùm quod prædiximus) æſtimatio detur: in ſeruis autē non amplius nec minus quindecim[p] ſolidis quantitas pro ſingulis detur. In reditibus autem in quindecim[q]

[e] idem eſt, ſi legauerit *l.* 1. *in fi. l.* 9. *l.* 19. *l.* 35. *ff. de auro.*
[f] Qui donationis cauſa promiſit certum pondus argenti, poteſt id dare vel in maſſa vel in vaſis.
[g] V. *Nouell.* 162. *c.* 1. §. 3. *inſtit. de donationib.*
[h] Indefinito promiſſo, nec peſſimū ſolui nec optimū ſolet.
[i] Æſtimationis ſolutio ſuccedit loco rei. [k] Precia communiter funguntur V. *l.* 63. *ff. ad l. Falcid.* [l] Donator certi reditus, intelligitur fundum tanti reditus donare velle. [m] ſtatus fundi. [n] Donatis ſeruis, donati mediocris figuræ intelliguntur vt hic: *adde l.* 37. *ff. de legat.* 1. [o] id eſt æſtimationis & artificij. [p] Aeſtimatio ſerui donati. V. *l. vlt.* C. *de condit. inſert. l. vlt.* C. *comm. de legat. l. vlt.* C. *de comm. ſeruo.* [q] Donator reditus annui, ſi fundos habet ex quibus donatario reditus præſtet, ſemel ſoluendo quindecim annorum reditum liberatur. idque donatoris pauperis fauore introductum. ne alioquin putemus iuſtam æſtimationem prædij & fundi eſſe, quantum aſcendit cumulus fructuum in quindecim annis V. *Molinæum de vſur. quæſt.* 5. *numer.* 119. His illud etiam addatur, Hieroſolymitanæ Eccleſiæ permiſſum fuiſſe domos vrbanas vendere pro precio, quod ex 50. annorum penſionibus colligebatur *Nouell.* 120. *cap.* 9. *alijs* Eccleſijs pro XXV. vel vt à Græcis legitur XXXV. *Nouell.* 131. *ca.* 12. *in fin.*

annos æſtimationem præſtet. Sed in his omnibus, ſi quidem intra legitimam ſummam donatio fiat, nulla monumenta requirantur. Sin autem amplioris ſummæ, tunc ad acta publica recurratur: ita vt in his quæ amplioris ſunt ęſtimationis, ſecundum noſtram legem non totum, ſed ſolum ſuperfluum euaneſcat. 4 ¶ Sed & ſi quis vniuerſitatis[a] faciat donationem, ſiue beſſis, ſiue dimidiæ partis ſuæ ſubſtantiæ, ſiue tertiæ, ſiue quartæ, ſiue quantæcunq;, vel etiam totius, ſi non de inofficioſis[b] donationibus ratio in hoc reclamauerit, coartari donatorem legis noſtræ auctoritate tantum quantum donauit, præſtare: obſeruatione & hic monumentorum (ſecundùm quod iam ſancimus) omnimodo requirenda. 5 ¶ Sed ſi quidẽ in omnibus ſupradictis caſibus vſusfructus[c] fuerit a donatore retentus, & traditionem iure intelligi fieri. Sin autem hoc minime donator expreſſerit, ſi quidem ſtipulatio[d] donationi inſerta ſit, ex eius auctoritate traditionem compelli fieri. Sin[e] verò & hoc prætermiſſum ſit & vſumfructum minime detinuerit, nihilo minus ex lege noſtra neceſſitatem[f] ei imponi etiam tradere hoc quod donare exiſtimauit: vt non ex hoc inutilis ſit donatio[g] quòd res non traditæ ſunt: nec confirmetur ex traditione donatio, ſed liberalitatem plenam, & ſecundum legem noſtrã perfectiſſimam conſtitutam neceſſarius traditionis effectus ſequatur: & neceſſitatem habeat donator omnimodo, vel res vel partem ſubſtantiæ quam nominauerit, vel totam ſubſtantiam tradere. Cùm enim in[h] arbitrio cuiuſcunque ſit hoc facere quod inſtituit: oportet eum vel minimè ad hoc proſilire, vel cum ad hoc venire properauerit, non quibuſdam excogitatis artibus ſuum propoſitũ defraudare, tantámq; indeuotionem quibuſdã quaſi legitimis velamentis protegere. Tantóq; magis[i] hæc firma eſſe, ſi pijs actibus, vel religioſis perſonis donatio deputata ſit: monumentorum obſeruatione ‖ in his modis ‖ ſecundùm quod ſpecialiter à nobis in huiuſmodi caſib. prædictum eſt, obſeruanda: ne in præfatis ‖ pijs ‖ cauſis ex quibuſdam machinationibus non ſolùm indeuotus[k], ſed etiam impius donator intelligatur, pœnáſq; non ſolùm legitimas, ſed etiam cæleſtes expectet: réſq; donatas in omnibus ſupradictis caſibus non ſolùm eos, dum ſuperſunt, ſed etiam eorum ſucceſſores[l] reddere compelli: non tantùm his in quos donatio facta eſt, ſed etiam eorum hęredibus. Dat. 15. Kal. April. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte VV.CC. Conſſ. 530.

*Datum vel promiſſum in redemptionẽ captiuorũ, inſinuationem non exigit: nec donatũ à duce belli, ſeu à magiſtris militũ, nec datũ vel promiſſum pro refectione domus vel ædificij incendio vel ruina corrupti. Bal.*

36. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

SI quis pro redemptione[m] captiuorum pecunias dederit, ſiue per cautionem dare promiſerit, cuiuſcumque quantitatis: cognoſcat ſe neq; repetitionẽ habere, neque exactionẽ cautionis poſſe declinare, vtpote geſtis (ſicut in donationib.) non ſubſecutis ſuper inſinuatione eiuſdem quantitatis: eo videlicet, qui pecunias accepit, vel prima vice, vel poſt cautionem, neceſſitatẽ habente pijſſimam adminiſtrationẽ adimplere: nulla ei moleſtia vel inquietudinẽ inferenda vel ab eo qui pecunias præbuit, vel ab alijs ex auctoritate legum permiſſis hoc requirere: ſed tantummodo ſacramentũ pręſtare quòd re vera omnem quantitatẽ ſine dolo malo vel aliqua deminutione ad redemptionẽ dederit captiuorum. 1 ¶ Simili etiam modo à geſtorũ abſoluimus ordinatione donationes rerũ mobilium, vel ſeſe mouentiũ, quas viri glorioſiſſimi magiſtri[n] militum fortiſſimis præſtant militib. tam ex ſua ſubſtantia, quàm ex ſpolijs hoſtium, ſiue in ipſa bellorũ occupatione, ſiue in quibuſcumque locis degere noſcuntur.

2 ¶ Eandémq; liberalitatem noſtræ legis indulgemus etiã his quorũ domus[o] incendio vel ruina corruptæ ſunt: quibuſdã fortè pecunias cuiuſcunq; quantitatis præbentibus, vel cautionẽ conficientib. vt & ipſi nec repetitionẽ timeant, verumetiã exactionẽ pecuniarũ confeſſioni inſertarum facere poſſint, licet geſta non fuerint ſubſecuta: nulla eis licentia danda pecunias ad alias cauſas niſi ad refectionem domorum erogare. Quòd ſi aliqua dubitatio orta fuerit, vtrùm tota quantitas, an pars eius in ædificijs expẽſa ſit, hæc domini domus ſacramẽto dirimetur. 3 ¶ Cęteris etiã donationib. quę geſtis interuenientib.[p] minime ſunt inſinuatæ, ſine aliqua diſtinctione vſque ad quingentos † ſolidos valituris. hoc etenim tantummodo ad augendas huiuſmodi donationes addendum eſſe ex præſenti lege decernimus, anteriore tempore noſtra lege præcedente moderando, qua vſq; ad trecentos ſolidos factæ donationes, & ſine inſinuatione firmitatem obtinere iuſſæ ſunt. Dat. 15. Kal. Nouemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. 531.

[a] Donatio totius vel quotæ bonorum valet, requiritque inſinuationẽ, ſi modum[1] legitimũ excedat.
[b] ſ. de inoff. donationib.
[c] dixi de vſufructus retentione l. 28. ſ. eod.
[d] v. princ. huius legis.
[e] Quid ſi ſtipulatio non adijcitur? ideo donatio contractus bonæ fidei non eſt l. 22. in fin. ff. de donationib.
[f] Nouell. 162. cap. 1. Valet igitur donatio nudo pacto nec in ea requiritur præſtatio aut traditio, vt olim. v. Clar. 4. ſent. §. donatio quæſt. 14. Conſenſu perficitur donatio ſicut emptio.
[g] & actus pereat.
[h] Donatio actus voluntarius. Traditio vero, ex cauſa donationis neceſſarius v. l. 6. ʃ. de oblig. Si ita eſt, hoc caſu dabitur actio etiam ex nudo pacto: adde l. 6. ſ. de do. promiſſ.
[i] Quòd in actibus non pijs valet, multo magis in pijs valere debet.
[k] Indeuotus & impius donator.
[l] Donationes trãſeunt ad hæredes actiuè vel paſſiuè.
[m] l. 21. ff. ſoluto. adde 12. q. 2. cap. ſacrorũ. Donatio vel promiſſio pro redemptione captiuorum facta inſinuationẽ non exigit vt hic: adde l. 19. ſ. de ſacroſ. Eccleſ.
[n] Quod magiſter militum donat, non indiget inſinuatione.
[o] Quod pro refectione domus incendio vel ruina corruptæ donatur, non indiget inſinuatione.
[p] apud competentem iudicem l. 32. in fi. ſ. eodem.

37. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

VErba ſuperflua[a], quæ in donationibus poni ſolebant, ſcilicet ſeſtertij,[b] nummi vnius, aſſium quatuor penitus eſſe reijcienda cenſemus. Quid enim verbis opus eſt, quæ rerum effectus nullus ſequitur? Sancimus itaque nullo modo eorum verborum mentionem vel ‖ in ‖ imperialibus donationibus vel in omnibus alijs de cætero fieri. ſed & ſi[c] quiſquam per verboſitatem aliquid tale inſcripſerit, ſiue remiſerit: nulla differentia ſit.

## DE DONATIONIBVS, QVÆ[d] SVB MODO[e], vel conditione[f], vel certo tempore[g] conficiuntur,

Tit. LV.

1. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. Gamicæ.

SI doceas (vt affirmas) nepti tuæ ea lege donatum à te, vt[h] certa tibi alimenta præberet[i]: vindicationem etiam ‖ in hoc ‖ caſu vtilem, eo quòd legi illæ obtemperare noluerit, impetrare potes, id eſt actionem qua dominium priſtinum tibi reſtituatur. Nam ‖ non ſolum ‖ condictio quidem tibi in hoc caſu, id eſt in perſonam actio iure procedit, verumetiam vindicationem quoque diui principes in hoc caſu dandam eſſe ſanxerunt. PP. 6. Kal. Decemb. Tuſco & Baſſo Conſſ. 259.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Zenoni.

SI rerum tuarum proprietatem ‖ dono ‖ dediſti, ita vt[k] poſt mortem eius qui accepit, ad te[l] rediret,[m] donatio valet: cùm etiam ad tempus certum[n] vel incertum ea fieri poteſt, lege ſcilicet quæ ei impoſita eſt, conſeruanda. PP. 5. Id. Martias Maximo II. & Aquilino Conſſ. 286.

*Ex pacto celebrato inter donantẽ & donatarium, acquiritur vtilis actio ſequenti ſecundo donatario, ſine aliqua ceſſione. Bald.*

3. Iidem AA. & CC. Marcellæ.

QVoties donatio ita conficitur, vt poſt[o] tempus id quod donatum eſt, alij[p] reſtituatur: veteris iuris auctoritate reſcriptum eſt, ſi is in quem liberalitatis compendium conferebatur,[q] ſtipulatus non ſit: placiti fide non impleta, ei qui liberalitatis auctor fuit, vel hæredibus eius condictitię actionis perſecutionẽ competere. Sed cùm poſtea benigna[r] iuris interpretatione diui principes ei qui ſtipulatus non ſit vtilem actionem iuxta donatoris voluntatem competere admiſerint: actio quæ ſorori tuæ ſi in rebus humanis ageret, competebat, tibi accommodabitur. P.P. 11. Kal. Octob. ipſis IIII. & III. AA. Conſſ. 290.

4. Iidem AA. & CC. Idæ.

PErfecta donatio conditiones poſtea[ſ] non capit. Quare ſi pater tuus donatione facta quoſdam poſt ali-

† hodie quælibet donatio ſine inſinuatione valet vſque ad 500. aureos vt hic & §. 2. inſtit. de donat. non 300. vt olim l. 34. ſ. eod. v. Clarũ 4. ſent. §. donatio quæſt. 15. 16. 17. 18. vbi inter cætera tractat, quibus in donationibus requiratur inſinuatio. Nouella Leonis 50. remittit inſinuationẽ donationi etiã vltra 500. ſolidos. ſi tamen trib. teſtibus probari poſſit. cuius etiam cõſtitutionis meminit Harmenopulus 3. titu. 1. in fin.

[a] Adde l. 65. ff. de verbor. obligat.

[b] Contius 1. diſput. 16. ſeſtertius nummi vnius, aſſium quatuor Hal. ſeſtertio nummo vno, aſſium quatuor; &c. Baſilic. apud Cuiacium 10. obſ. 37. verba ſolennia erant donationis quæ fiebat per mancipationem, vt in veteri inſcriptione vrbis Romæ, Hoc monumentum L. Tiberius Sabinus ſe viuo donauit L. Sanio Symphoro, mancipauitque ſeſtertio nummo vno. Vitruuius 1. cap. 4. Nummo ſeſtertio mancipio dedit. In mancipationibus interueniebat ſeſtertius vnus, dicis gratia *l. 4. ff. commodati.* [c] *v. l. 17. ſ. de teſtamentis.* [d] *v. Clar. 4. §. donatio. quæſt. 2.* [e] *de qua v. l. 1. ʃ. eodem.* [f] *de qua v. l. 4. l. 5. ʃ. eodem.* [g] *l. 2. l. 3. l. 5. ʃ. eod.* [h] Donatum ſub modo, *ſi modo non ſatisfit*, condici, vindicarique poteſt. [i] *l. 5. l. 6. in fin. ff. de donat. int. vir.* [k] *l. 42. ff. de mort. cauſa.* [l] poteſt etiam ita conueniri, vt ad alium redeat *l. 3. ʃ. eodem.* [m] proprietas ſcilicet rei donatæ. [n] Donatio poteſt fieri ad tempus certum vel incertum. [o] De donatione ex certo tempore. [p] puta Titio. poteſt etiam conueniri, vt ad donatorem reuertatur proprietas præmortuo donatario *vt l. 2. ſ. eodem.* [q] *l. 37. §. 3. in fin. ff. de legat. 3.* [r] Speciale eſt in contractu donationum, vt alteri per alterum quæratur actio. [ſ] Conditiones initio donationis imponuntur *l. 9. l. 22. in fin. l. 25. ſupra titul. proximo*: at non perfectæ iam donationi. Perfecta iam donatio conditiones non capit, inuito donatario,

quan-

quantulum temporis feciſſe conditiones videatur: officere hoc nepotibus eius fratris tui filijs minimè poſſe non dubium eſt. Dat. K. Octob. Tiberiano & Dione Conſſ. 291.

5. Iidem AA. & CC. Dexippo.

SI quid mater filiæ ſuæ in poteſtate patris conſtitutæ ſub hac conditione [a], ſi fuerit intra biennium emancipata [b], donauerit: licèt hoc matris voluntate ſui iuris effecta non tenuit, tamen prius marito defuncto, ſui iuris quocunq; modo effecta, ad ſimilitudinem [c] legati ita relicti, rem donatam firmiter habere vel vindicare poteſt. S. Id. Decemb. Nicomediæ, CC. Coſſ.

[a] de donatione conditionali.

[b] Conditioni emancipationis ſatisfit, quouis emancipationis genere V. l. 3. s. *de inſtitut.*

[c] Res donata ad ſimilitudinē legati vindicatur.

## DE REVOCANDIS [d] DOnationibus,

## Tit. LVI.

*Donatio facta in libertum, ex leui ingratitudine reuocatur per patronum, ſed non per eius hæredem. Sal.*

1. Imp. *Philippus* A. Coſmino.

ET ſi perfectis donationibus in poſſeſſionem inductis libertus [e], quantolibet tempore ea quæ ſibi donata ſunt, pleno iure vt dominus poſſederit: tamen ſi ingratus [f] ſit, omnis donatio mutata patronorum voluntate reuocanda eſt. Quod obſeruabitur & circa ea quæ libertorum nomine, pecunia tamen patronorum & beneficio comparata ſunt. Nã qui obſequijs ſuis liberalitatem patronorum prouocauerunt, nõ ſunt digni quo eam retineant, cum cœperint obſequia negligere: cum magis in eos collata liberalitas ad obſequium ‖eos‖ inclinare deberet, quam ad inſolentiam erigere. Hoc tamen ius ſtabit inter ipſos tantùm [g], qui liberalitatem dederint: cæterùm: neque filij eorum, neque ſucceſſores ad hoc beneficium pertinebunt. Neq; enim fas eſt vllo modo inquietari donationes, ‖ quas ‖ is qui donauerat, in diem vitæ ſuæ non retractauit. Dat. 15. Kal. Iul. Aemiliano & Aquilino Coſſ. 250.

[d] 8. *C. Theod.* 6. 3. *Harmen.* 2. 47. *Eclog.* 2. *adde Clarũ* 4. *ſent.* §. *donatio quæſt.* 21.

[e] Donatum liberto propter ingratitudinē reuocari poteſt.

[f] Donatori datur actio ingrati.

2. Imp. *Probus* A. Felici.

SI apud prouinciæ præſidem auiam filiæ tuæ quaſi pœnitentia ductam ſubtracta inſtrumenta donationum igne exuſſiſſe [h] conſtiterit: vereri te non oportet, ne id quod iure vires acceperat, ex poſtfacto poſſit in dubium reuocari. PP. 3. Non. Maij, Sirmij, Probo A. & Paulino Coſſ. 278.

[g] Actio ingrati hæredi & in hæredem non datur.

3. Impp. *Carinus & Numerianus* Ianuario & Felicio.

POſſeſſionem, quam in vos emancipatos per donationem mater contulit, ex pœnitentia [i] ſola alienare nõ potuit. PP. 2. Id. Ianuar. Carino II. & Numeriano AA. Coſſ. 284.

[h] Qui donationis inſtrumentum exuſſerit, videtur factã donationē reuocare. quæritur tamen an inuito donatario citra cauſam legitimam reuocari poſſit? nõ poteſt. *facit l. 3. j. eod. l. 39. s. de tranſ.*

4. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Proculæ.

CVm [k] profitearis in [l] fraudem te alterius donaſſe: profeſſionem inhoneſtam continere intelligis. Itaq; ſi donationem perfeciſti: eam reuocare [m] non potes ex memorata allegatione, ſub obtentu pœnitentiæ. PP. Kal. April. Heracliæ, AA. Conſſ.

5. Iidem AA. & CC. Epagatho.

SI donationem ritè feciſti, hanc auctoritate [n] reſcripti noſtri reſcindi non oportet. S. 5. Kalen. Maij, Heracliæ, AA. Coſſ.

[i] *l. 2. s. eod.*

*Donatio perfecta per matrem vni ex filijs marito & alijs filijs abſentibus, valet. Bald.*

6. Iidem AA. & CC. Herenniæ.

VElles nec ne filio tuo prædia itémq; mancipia donare, fuit in initio tibi liberum [o]. Deſine itaq; poſtulare, vt donatio, quam perfeceras, reuocetur prætextu [p] mariti & liberorum abſentiæ: cùm huius firmitas ipſorum præſentia non indigeat. S. 5. Kal. Octob. Viminacij, CC. Conſſ.

[k] inuito ſc. donatario, & ſine cauſa legitima.

[l] Confiteri in &c. *Cuiac.* 19. *obſ.* 37.

7. Impp. *Conſtantinus & Conſtantius* AA. ad Philippum.

HIs ſolis matribus, quæ non in ſecundi [q] matrimonij fœdus nupſerint, ſed vnius tantùm matrimonij ſunt, reuocandarum donationum quas in filios fecerint, ita decernimus facultatem, ſi eos ingratos circa ſe eſſe oſtenderint. Quicquid igitur is qui à matre impietatis arguitur, ex titulo donationis tenet: eo die quo controuerſiæ qualecunque principium iuſſu iudicantis datur, matri cogatur reddere. Cæterùm ea quæ adhuc matre pacifica iure perfecta ſunt, & ante inchoatum cœptumque iurgium vendita, donata, permutata, in dotem data, cæteriſque cauſis legitimè alienata: minimè reuocamus. Actionem verò matris ita perſonalem [a] eſſe volumus, vt vindicationis [b] tantùm habeat effectum: nec in hæredem detur, nec tribuatur hæredi [c], de cæteris autem quæ portentoſæ vilitatis abiectæque [d] pudicitiæ ſunt, ſatis etiam tacite cautum putamus. Quis eſt enim qui his [e] aliquid arbitretur tribuendum eſſe: cum [f] etiam illis quæ iure ſecundas tantùm contraxerunt nuptias, nihil ex his priuilegijs tributum eſſe velimus? Dat. 12. Kal. Octob. Limenio & Catulino Conſſ. 349.

[m] Donatori non licet turpitudinem ſuam proferre, vt eo prætextu factam donationem reuocet *l. 2. in f. l. 3. s. eo. l. 3. ff. de vſucap. pro donato.* §. 2. *inſti. de donat. facit l. 30. s. de tranſact. l. 4. s. quæ in fraud.* [n] 47. *Ecl. 2. c. 4. l. 12. s. de rei vindic. l. 3. s. de reſc. l. 9. s. de dona. ante nup. l. 4. s. de emancip.* [o] *V. l. 5. s. de obligatio. l. 35. in f. s. de donationib.* [p] Etiam abſente marito & alijs liberis, vni liberorũ mater donare poteſt. Huiuſmodi perſonarum abſentia donationē non vitiat. An abſentia aduocati vitiet ſententiam *V. l. 4. s. de poſtul.* [q] 47. *Ecl. 2. c. 5. l. 3. C. Theo. eod. in f.* Mater quæ iterum nupſit, ab ingratis liberis donationem non reuocat *vt hic:* niſi tribus caſibus *Auth. prox.* Quod dictum eſt de ſecundo nubente, ad eam quæ inhoneſtè viuit extenditur.

[a] Actio ingrati perſonalis. id eſt, hæredi aut in hęredem non datur.

*Auth. ex Nou. 22. cap. 35.*

*QVod mater filio donat, ex ingratitudine non reuocatur, poſtquam tranſit ad ſecundas nuptias, niſi † ex tribus cauſis. Prima, ſi vitæ eius inſidiatur. Item ſi manus impias in eam intulerit. Tertia, ſi totius ſubſtantiæ molitus eſt iacturam.*

[b] id eſt, vindictæ, vltionis. hac enim actione mater ſuam iniuriã potius vlciſcitur, quàm rem perſequitur. Huic actioni ſimilis eſt iniuriarũ, *l. 10.* §. 2. ff. *ſi quis cautionibus: l. 2.* §. 4. ff. *de collationibus:* & de moribus actio *l. vlt. Cod. Theodoſ. de inceſtis nuptijs: adde Cuiac. 4. obſeruat. 19.* [c] Imò hæredi tribuitur *l. 3. ſupra de condict. ob cauſam.* [d] Mater abiectæ pudicitiæ non reuocat donationem à filio ingrato *vt hic:* niſi tribus caſibus. [e] id eſt, inhoneſte viuentibus. [f] eſt enim minus ſecundas contrahere nuptias, quàm viuere inhoneſtè *vt hic.* Imò ſecundæ nuptiæ honeſtæ. † Nota exceptiones legis 7. *ſupra eod.*

8. Iidem AA. ad Orphitum præfectum prætorio.

SI [g] vnquam libertis [h] patronus [i] filios non [k] habens bona omnia vel partem [l] aliquam facultatum fuerit donatione [m] largitus, & poſtea ſuſceperit [n] liberos [o]: totum quicquid largitus fuerat, reuertatur [p] in

[g] *l. 2. Codice Theodoſ. eodem: 3. Harmenop. 2. in princ. 47. Eclog. 2. c. 8. vide Tiraquellum & Ripam in hanc legem: Cuiacium 20. obſ. 5. Clar. 4. ſent.* §. *donatio. quæſt. 22. & ſequentibus.* [h] Quid ſi vni filiorum parens omnia donauit? huic conſtitutioni locus non eſt: ſed legi 2. 5. *ſupra de inoffic. donat.* cùm donatio, ſuperiore caſu, in ſolidum non reuocetur, ſed fini legitimæ *Clarus dicto loco, verſic. ſecundo.* Quid ſi eccleſiæ? idem dicendum. hinc illud Auguſtini *cap. vlt. 17. quæſt. 4.* Si quis Eccleſiam hæredem inſtituat, filio exhæredato, alium qui ſuſcipiat quàm Auguſtinum quærat. Quid ſi vxori, & ex eo matrimonio pater liberos ſuſceperit? Idem dicendum videtur etiamſi in donatione veriſimilem ſuſcipiendorum liberorum habuerit opinionē. [i] ſed & quiuis alius præter patronum. quia in omnibus ratio huius legis valet, poſita in pietatis coniectura. quia nemo veriſimiliter extraneo donat in perpetuum, qui de liberis ſuſcipiendis cogitat *l. 6.* §. 1. *ſupra de inſtit. l. 102. in f. ff. de condit. & demonſtr.* Quod ſi valet in omnibus, idem ius in omnibus ſtatuendum *vide Clar. d. loco.* [k] Quid ſi cùm donaret liberos habuit? non poteſt, prætextu aliorum qui poſtea nati ſunt, donationem reuocare vllo modo. Quid eius liberi? poſſunt, ſiue ante ſiue poſt donationem nati: non tamen ſolidam, id eſt vt inutilem, ſed vt immodicam & inofficioſam pro modo legitimæ portionis *l. 2. in f. l. 5. ſupra de inoff. donat. l. 87.* §. 3. ff. *de legat. 2. dixi ad Nouell. 92.* [l] habet itaque locum hæc conſtitutio non tantum donatis omnibus bonis, ſed eorum parte aliqua. Aliqua, inquam, etiam infra dimidiam: & in donatione particulari, magnæ tamen æſtimationis *Clarus ex communi opinione d. loco quæſt. 22. verſic. quarto.* [m] Inter viuos: multo facilius donatione cauſa mortis, quæ pœnitentia reuocari poteſt etiam non ſuſceptis liberis. Quid in donatione remunerandi cauſa? Cuiacius *dicto loco poſt Vallam,* ne eam quidem excipit. Clarus ex communi opinione *d. loco quæſt. 23. verſicul. quæro.* non tolerat huiuſmodi donationem in eo quod excedit iuſtam æſtimationem remunerandi. Alij hanc legem ad remunerationem pertinere non putant *vide Cuiac. 17. obſ. 33.* [n] Quid ſi legitimauerit? idem dicendum. nam legitimatus non differt à legitimo *Nouell. 89. cap. 3.* niſi ante donationem à patre factam qui legitimatus eſt, natus fuit: vide communem opinionem apud Clarum *dicto loco quæſt. 23. verſicul. ſed quæro. verſic. ſed quid.* [o] ex legitimo matrimonio ſcilicet. quid ſi naturales tantum ſuſcipiat? puto ſaltem à donatario alendos, argumento eorum quæ dixi ad Nouell. 89. *cap. 15.* [p] ipſo iure, ita vt nullius hominis miniſterio ſit opus, *Communis opinio apud Clarum dicto loco quæſt. 23. verſicul. præterea quæro.* Quid ſi ſuſcepti poſt donationem liberi moriuntur? conualeſcit donatio, niſi donator tacitè vel expreſſe donationem reuocauerit, *communis opinio aduerſus Bartolum apud Clarum d. loco q. 23. verſ. penult.*

eiuſdem [a] donatoris arbitrio ac ditione [b] manſurum [c]. Da. 5. Kal. April. Arbitione & Lolliano Coſſ. 355.

9. Impp. *Theodoſ. & Valentin.* AA. ad ſenatum poſt alia.

DOnationes [d] circa filium filiámve, nepotẽ neptémve, vel pronepotem proneptemve emancipatos [e] celebratas, pater, vel auus, vel proauus reuocare non poterit, niſi edoctis manifeſtiſſimis [f] cauſis, quibus eam perſonam, in quam collata donatio eſt, contra ipſam venire pietatem, & ex cauſis quæ legibus continentur, fuiſſe conſtabit ingratam [g]. Dat. 5. Id. Nou. Rauennæ, Theodoſio XIII. & Valentiniano III. AA. Coſſ. 430.

*Donatio non reuocata per defunctum, non poteſt reuocari per hæredem.*

10. Imp. *Iuſtinianus* A. Iuliano præfecto prætorio.

GEneraliter ſancimus, omnes donationes lege confectas, firmas illibatáſq; manere; ſi [h] non donationis acceptor ingratus circa donatorem inueniatur, ita vt iniurias [i] atroces in eum effundat, vel [k] manus impias inferat, vel [l] iacturæ molem ex inſidijs ſuis ingerat, quæ non leuem ſenſum ſubſtantiæ donatoris imponat, vel [m] vitæ periculum aliquod ei intulerit, vel [n] quaſdam conuentiones, ſiue in ſcriptis donationi impoſitas, ſiue ſine ſcriptis habitas, quas donationis acceptor ſpopondit, minimè implere voluerit. Ex his enim tantummodo cauſis, ſi fuerint in iudicium dilucidis [o] argumentis cognitionaliter approbatæ, etiam donationes in eos factas euerti concedimus: ne ſit cuiquam licentia, & alienas res capere, & frugalitatem [p] irridere donatoris, & ipſum iterum donatorem ſuáſque res perdere, & præfatis malis ab ingrato donationis acceptore affici. Hoc tamen vſque ad primas [q] perſonas tantummodo ſtare cenſemus, nulla licentia concedenda donatoris ſucceſſoribus [r] huiuſmodi querimoniarum primordium inſtituere. Etenim ſi ipſe qui hoc paſſus eſt, tacuerit: ſilẽtium eius maneat ſemper: & non à poſteritate eius ſuſcitari concedatur vel aduerſus eum qui ingratus eſſe dicitur, vel aduerſus eius ſucceſſores [ſ]. Datum 15. Kal. April. Lampadio & Oreſte VV. CC. Conſſ. 530.

## DE DONATIONIBVS CAVſa mortis [t],

## Tit. LVII.

*In donatione cauſa mortis, poteſt per fideicommiſſum ſubſtitui.*

[a] An & hæredũ? finge donatorem con dictionẽ neglexiſſe? dabitur etiã eius hæredib. benigna interpretatione legis 3. *verſ. ſed ne* s. *de don. quæ ſub modo.* vt mirum ſit cõtrariam opinionẽ defendi à Claro *d. loco quæſt.* 23. *inſi.* Quid ſi parens generaliter renunciauit reuocationi donationis? renunciatio hæredib. nõ nocebit, *Cõmunis opinio apud Clarũ d. loco q.* 22. *verſ. tertio infertur.* Quid ſi ſciẽs ſpecialiter renunciauit beneficio huius conſtitutionis? putant à maiore 25. annis renunciari poſſe, non à minore *Cla. d. loco.* quod vix puto verũ eſſe. magnus enim eſt liberorum fauor. Quid ſi parẽs ſpecialiter iuramento interpoſito renunciauit huius legis priuilegio? non impeditur reuocatio: vide doctores apud Mynſingerum 5. *obſ.* 63. 64. quod Tiraquellus hac lege *num* 95. 96. 100. 108. non probat: niſi quatuor caſibus. *adde Zoanetum* 47. *rerum quotidianarũ nu.* 5. Probo Mynſingeri opinionẽ idq; eò magis, quòd iuramentum huiuſmodi, naturã legis impugnet v. *l.* 7. ff. *de bon. damnat.* ideoq; bonis moribus contrariũ *arg. l.* 6. s. *de pactis.* & illicitum eſſe debeat *l.* 5. §. 5. *ff. de iureiurando.* Quin etiam, ſi non valet eiuſmodi iuſiurandum in fraudem creditorum *l.* 9. §. 5. *d. tit.* in liberorum fraudem non valere meritò dicendum videtur, quibus bona parentum lege naturæ debentur. Quid, ſuperioribus caſibus, num in ſolidum ab hæredibus reuocatur? non in ſolidum, ſed pro modo Falcidiæ ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato v. *Cuiac. d. loco.* [b] conditione *l.* 2. *C. Theod. eod.* [c] Cur ita? de liberis non cogitat, qui ita donat, donans eo modo, non præſumitur de liberis cogitaſſe v. *Mynſing.* 5. *obſer.* 64. Nemo extraneos ſucceſſores ſuis anteponere intelligitur *l.* 6. §. 1. s. *de inſt. l.* 102. *inf. ff. de cond. & dem.* [d] *l.* 4. *C. Theod. eodem.* [e] emancipationis tempore deliberatam pater &c. *d. l.* 4. [f] Donationes in emancipatos liberos collatæ non reuocantur, niſi legitimis de cauſis *l. vlt. verſ. ex his* j. *eod.* [g] adde quæ ſequuntur ex *d. l.* 4. quas tamen cauſas in cognitione diſcuti oportebit & veſtro (alij legunt noſtro) admitti iudicio, cum hoc inter patres (lege partes) competentes viſum fuerit cognitori: alias, non iubemus audiri patris querelas. [h] Quinque ex cauſis donatio reuocari poteſt *vt hic: adde* §. 2. *verſ. ſciendum inſt. de donat.* 4. *Ecl.* 2. *c.* 10. 3. *Harmenop.* 2. *inſi.* [i] Prima cauſa. Græci ita legunt *ἐὰν σφοδρῶς ὑβρίζει Eclog. d. loco: καὶ αἰσχραῖς κατὰ τούτου χρησάμενος ὕβρεσιν Harmenop. d. loco.* [k] Secunda cauſa. *χεῖρας ἀδίκους Harmenop. d. loco.* [l] Tertia cauſa. Græci ita legunt *ἢ ζημίαν μεγίστην Eclo. d. loco.* Propius verò accedit huic loco Harmenopu. hoc mõ *ἢ ζημίαν μεγίστην προβαλεῖ ἐξ οἰκείας ἐπιβουλῆς.* [m] Quarta cauſa *ἢ εἰς* (Harmenopulus legit *περὶ*) *τὴν ζωὴν ἐπιβουλεύσῃ Eclog. d. loco.* [n] Quinta cauſa. [o] *l.* 9. *in fin.* s. *eodem.* [p] fragilitatem *Haloand.* [q] *Eclog. d. loco in fin.* [r] Actio reuocatoria ob ingratitudinem, non datur hæredi *vt hic* vel in hæredem *in fin.* j. *eodem. adde l.* 1. *l.* 7. s. *eodem.* [ſ] de hæredibus ingrati. [t] *dixi ad* 39. ff. 6. §. 1. *inſtitut. de donationibus: Nouell.* 87. 47. *Eclog.* 3. 3. *Harmenopul.* 1. *Paul.* 3. *ſenten.* 70. *Clar.* 4. *ſententiar.* §. *donatio quæſt.* 4. 6. 7. *Graſſ. in lib. ſenten.* §. *donatio mortis cauſ.* Donatio cauſa mortis, donatio veluti fiduciaria.

1. Imp. *Alexand.* A. Daphnæ.

SI donatione contineatur, vt altero defuncto, ad [a] alterum portio eorum quæ donabantur, pertineret: exiſtente conditione, ſi mortis cauſa donatio perficiebatur, fideicommiſſi actio competit. PP. 4. K. Oct. Maximo II. & Æliano Coſſ. 224.

2. Imp. *Gordianus* A. Zoilo.

INteſtato mortua quondam nuru tua, neptis tua, quæ ex ea filióq; tuo quæſita eſt, quandoq; poteſt ad eius venire ſucceſſionem: nec tamen ea poſt mortem filij tui, ex quo quæſierat filiam, alij nuptui ſe collocando, dotem dans prohibeatur quam velit conditionem eidem doti dicere. Sed ſi mortis cauſa donationem in fratrem ſuum conferens, in cauſam mortis ſuæ eam ‖ dotem ‖ eundem fratrem ſuum ſtipulari paſſa eſt: cùm diui Seueri conſtitutione etiam in mortis cauſa donationibus, ſi de cætero patrimonio quantum Falcidia [b] iubet, hæres non habet, prouiſum ſit: is qui nurui tuæ hæres extiterit, eius conſtitutionis beneficium non prohibetur poſtulare. PP. 10. Ka. Feb. Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

3. Impp. *Dioclet. & Maximianus* AA. & CC. Hæredi.

NEc fratris [c] ſui mortis cauſa rectè factam donationem ſorori reſcindere licet. S. 3. Kalend. Ian. Sirmij, AA. Coſſ.

4. Imp. *Iuſtinianus* A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm de mortis cauſa donatione dubitabatur, & alij quidem inter vltimas voluntates eam poſuerunt, & legatis [d] aggregandam eſſe cenſerunt, alij autem inter donationes quæ inter viuos conſiſtunt, eam poſuerunt: dubietate eorum exploſa, ſancimus omnes mortis cauſa donationes, ſiue iuxta mortem facientis fuerint celebratæ, ſiue longiore cogitatione mortis ſubſecutæ ſunt, actis minimè † indigere: neq; expectare publicarum perſonarum præſentiam, & ea quæ ſuper huiuſmodi monumentis ſolent adhiberi: ſed ita res procedat, vt ſi quinque [e] teſtibus præſentibus, vel in ſcriptis, vel ſine literarũ ſuppoſitione aliquis voluerit mortis [f] cauſa donationem facere: & ſine monumentorum acceſſione res geſta maneat firmitate vallata, & nullam in ea calumniam accipiat: neque propter hoc quòd geſta non acceſſerunt, inefficax eſſe atque inutilis videatur: & omnes [g] effectus ſortiatur, quos vltimæ habent liberalitates: neque ex quacunq; parte abſimilis ‖ eis ‖ intelligatur. Dat. Ka. Septemb. Conſtantin. Lampadio & Oreſte VV. CC. Conſſ. 530.

## DE [h] INFIRMANDIS POENIS cœlibatus [i], & orbitatis [k], & ‖ de ‖ decimarijs [l] ſublatis, †

[a] In donatione cauſa mortis, poteſt per fideicommiſſum ſubſtitui. Fideicommiſſum relinqui poteſt inſtrumento donationis v. *Cuiac.* 20. *obſ.* 1. dic melius, etiam per fideicõmiſſum reuocari donationem cauſa mortis. [b] Vt in legatis & fideicõmiſſis: ita & in donatione cauſa mortis, Falcidia locũ habet. *adde Cuiac.* 20. *obſ.* 6. *adde l.* 6. *l. penu.* s. *ad leg. Falc. l.* 66. *inf. l.* 93. *ff. ad leg. Falc. l.* 1. §. 5. *ff. quod legatori* An & in mortis cauſa capione? v. *Ripenſem ad l.* 1. *ff. quod legat. fol.* 71. *nu.* 123. [c] Ne dicas cũ interpretib. cõmuniter, id innui, Etiã ex cauſa alienæ mortis, mortis cauſa donari poſſe, *vt l.* 11. 18. *ff. eod.* dic potiꝰ cum Cuiacio 20. *obſ.* 6. Donationẽ mortis cauſa in extraneũ collatam à cognatis donatoris reuocari non poſſe: idq; de donatione inter viuos etiam conſtituitur *l.* 39. s. *de donationib.* [d] *l.* 15. 37. *ff. eod.* §. 1. *verſ. hæ mortis, inſtit. de donat. l.* 2. *ff. de publiciana: Nouell.* 87. *adde quæ ſcripſi ad l.* 1. *& l.* 15. *in f. ff. eod.* v. in hunc locum Cuiacium 10. *obſ.* 18. vbi probat donationes cauſa mortis capi ad exemplum legatorum. † Donatio cauſa mortis, cuiuſcunque ſit ſummæ & quantitatis, inſinuatione nõ eget. olim indigebat *l.* 25. s. *de donationib.* non ita in ſimplici inter viuos donatione ſummam 500. aureorum excedente *l. vlt.* s. *de donat.* [e] Donatio mortis cauſa, quinque teſtibus præſentibus perfici debet, tanquam vltima voluntas. Donatio inter viuos (quibus caſibus non indiget inſinuatione) ſcripto contenta eſt a donatore ſubſcripto, nec requirit vllos teſtes *l.* 31. s. *de donat.* [f] *d. verſ. hæ mortis: l.* 2. *ff. de publiciana. l.* 87. *ff. de legat.* 3. ſi ita eſt, ex donatione cauſa mortis dominium transfertur ſine traditione. [g] Quibus non erat poteſtas accipiendi ex aliorum teſtamento, ijſdem nec ex mortis cauſa donatione *l.* 35 *ff. de mort. cauſ. donat.* vt non ita malè hic titulus ſuperiori cohæreat. [h] *l.* 1. *in pr.* j. *eod.* [i] Cœlebs lege Iulia & Papia ex aliorum teſtamentis quidquam capere non poterat, niſi poſt mortem teſtatoris intra 100. diem matrimonium contraheret, præterquam ex teſtamento cognati ad ſextum vſque gradũ. hinc illa lex inſtituendi in tempus capiendæ hæreditatis *l.* 62. *ff. de hæredib. inſtitu. dixi ad Vlp. tit.* 13. *de cœlibe orbo & ſolitario patre.* [k] *l.* 1. *verſic. nec verò quiſq; orbus* j. *eod.* Orbi liberis, ſemiſſe relicti teſtamento multabãtur: alter ſemis cedebat fiſco, & breuiter, orbus partem tantum relicti capiebat *l.* 42. ff. *de leg.* 2. non ſolidũ *l.* 6. *ff. de vulga. l.* 16. §. 15. *ff. ad Trebel. l.* 13. *in f. ff. de iure fiſci.* hinc illæ inſtituendi leges in tẽpus capiendæ hæreditatis: *l.* 62. *ff. de hæredib. inſt.* ex parte quam quis per legem capere poteſt. *l.* 78. *ff. de hæredib. inſtit.* [l] virum & vxorẽ intelligit qui inter ſe matrimonij nomine decimam capere poſſunt iure veteri certis de cauſis *l.* 2. j. *eo. dixi ad Vlp.* 15. *tit. de decimis* §. 1. *l.* 1. *ff. de auro.* interdum ſolidũ *Vl.* 16. §. 1. interdum nihil *Vlp. ibid.* §. 2. 3. † Hodie cœlibes, orbi, vir & vxor inter ſe ſolidi capiendi ſunt capaces.

Tit.

Tit. LVIII.

1. Imppp. *Conſtantinus, Conſtantius, & Conſtans* AAA. ad populum.

QVi iure veteri cœlibes[a] habebantur, imminentibus legum[b] terroribus liberentur: atque ita viuant, ac ſi numero maritorum matrimonij fœdere fulcirentur. Sitq; omnibus æqua conditio capeſſendi quod quiſque mereatur. Nec verò quiſquam orbus[c] habeatur, & propoſita huic nomini damna non noceant. Quam rem & circa fœminas exiſtimamus, earúmque ceruicibus impoſita iuris imperia, velut quædam iuga, ſoluimus promiſcuè omnibus. Dat. Prid. Kal. Apr. Romæ, Conſtantio II. & Conſtante AA. Conſſ. 339.

2. Impp. *Honorius & Theod.* AA. Iſidoro. præfecto vrbi.

INter virum[d] & vxorem rationem ceſſare ex lege Papia decimarum: & quamuis † non interueniant liberi, ex ſuis quoque eos ſolidum capere teſtamentis (niſi fortè lex alia imminuerit derelicta) decernimus. Tantum igitur poſthac maritus vel vxor ſibi inuicem derelinquant, quantum ſuperſtitis amor exegerit. Dat. PP. Non. Sept. Varana Coſ.

[a] de cœlibe. [b] Legem Iuliam & Papiã intelligit ʋ. *l.* 11. ff. *de ʋulgari.* [c] de orbo. [d] de viro & vxore ſeu decimarijs. † Olim ſolidum tantum capiebant, ſi vnum filium ſuperſtitẽ habuiſſent, vel ſi eum puberem amiſiſſent ʋ. *Vlp.* 16. §. 1. *adde tit. proxim.* ȷ.

DE IVRE LIBERORVM, †
Tit. LIX.

1. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Iſidoro præfecto vrbi.

NEmo poſthac à nobis ius[a] liberorum petat: quod ſimul hac lege omnibus concedimus. Datum PP. Nonas Septembr. Varana Conſule.

*Mater ſuccedit filio per Tertullianum. Bald.*

2. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præfect. præt.

ILlam iniuriam quę contra matrem defuncti vel defunctæ præteritis fiebat temporibus, pro iuſtitiæ ratione amputamus, & legitima iura quæ ex Tertulliano ſenatuſconſulto[b] ei præſtantur, omnimodo eam habere ſancimus: licet tres[c] liberos ingenua, vel libertina quatuor minimè pepererit. Dat. Kalend. Iun. Conſtant. Ipſo A. II. Coſ. 394.

† Vir & vxor olim poterãt inter ſe ſolidum capere, ſi ius tot liberorum, quot ſufficiebãt obtinendæ capacitati aſſis, à principe impetraſſent *Vl.* 16. §. 1. *ʋerſ. ſi ius liberorũ.* Proderat etiã hęc matri impetratio, vt filijs ab inteſtato ſuccederet ʋ. *l.* 2. ȷ. *eod.* Hodie ius liberorum etiam non petentibus conceſſum *l.* 2. ȷ. *eod.* [a] Ius liberorum hodie omnib. conceſſum. [b] Matres ſuccedunt liberis ex Sc. Tertulliano. Olim non paſſim, niſi tres liberos ingenua peperiſſet, vel libertina quatuor ȷ. *eo.* niſi ius liberorũ à principe impetraſſet: *Nouel.* 78. *c.* 5. ʋ. *Paul.* 4. *ſent.* 9. §. *ʋlt. l.* 7. *Cod. Theodoſ. de legitim. hæred. l.* 8. *C. Theod. de bonor. poſſ. l.* 9. *C. Theod. de infirman. his quæ ſub. tyr. Nouella Valentini de teſtamentis.* [c] *Paul. d. loco.* §. 4. *inſt. de S. Tertul.*

# CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, REPETITAE PRÆLECTIONIS,

## LIBER NONVS.

## DE HIS QVI ACCVSARE non poſſunt.

### TITVLVS PRIMVS.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* Auguſti Syluano.

PRius eſt, vt criminib. quæ tibi vt grauiora[b] ab aduerſario tuo obijciuntur, cædis atque vulnerum reſpondeas: & tunc ex euentu cauſæ iudex æſtimabit, an tibi permittendum ſit eundem accuſare, tametſi prior[c] inſcriptionem[d] depoſuiſti. PP. V. Id. Martij, Tertullo & Clemente Coſſ. 196.

2. Imp. *Ant.* A. Ingenuo.

SI cautiones, quibus Secundinus ſolutam Eugenio pecuniam probare ſe dicit, tutores[e] vel curatores tui ſuſpectas vt falſas habent: proprio[f] nomine (cum non liceat alieno) non prohibentur in crimine falſi ſubſcribere. Nec enim facilè vel tutores, vel curatores, qui ex officio, periculo ‖ſuo‖ res pupillorum vel adoleſcentium adminiſtrãt, ſententia notantur, niſi euidens eorum calumnia[g] iudicanti apparebit. PP. 12. Kalen. Octob. Antonino A. & Geta Conſſ. 206.

*Accuſator debet ſe inſcribere ad pœnam talionis, & dare fideiuſſorem de lite proſequenda. Bald.*

3. Imperator *Alexander* A. Rufo.

QVi crimen publicum inſtituere properant, non aliter ad hoc admittãtur, niſi prius † inſcriptionum pagina † præceſſerit, & fideiuſſor † de exercenda lite adhibitus fuerit. Sin verò poſt ſatiſdationem præſentes non fuerint, ‖edicto‖ admonendi ſunt, vt[a] veniant ad cauſam agendam, & ſi non adfuerint, non ſolùm extra[b] ordinem æſtimatione iudicis puniendi ſunt, ſed etiam ſumptus † quos in eam rem, & circa ipſum iter[c] ad litem vocati fecerunt, dependere cogentur. PP. 3. Non. Februar. Alexandro A. Coſ. 223.

4. Idem A. Dionyſio.

VXor[d] tua, ſi conſobrini ſui necem vindicandam exiſtimat, adeat præſidem prouinciæ. PP. 16. Kal. Iul. Alexandro A. Coſ. 223.

*Accuſatio falſi exiſtentib. tutorib. ʋel curatorib. non pertinet ad matrem. Bald.*

5. Idem A. Marcellinæ.

SEnatuſconſulto permiſſum non eſt mulieri legis Corneliæ crimine reum facere, niſi res ad eam[e] pertineat. Cùm igitur filij tui tutores[f] vel curatores habeant: ipſi deliberare debent, an inſtrumenta ex quibus aduerſarium filiorum tuorum obtinuiſſe dicis, falſa eſſe accuſare debeant. PP. Kal. Octobr. Alexandro A. Coſ. 223.

[a] ʋ. *Clar.* 5. *ſent.* §. *ʋlt. q.* 14. [b] Accuſatori maius crimẽ licet obijcere *ʋt hic:* par aut minus non licet ʋ. *l.* 19. ȷ. *eod. l.* 5. ff. *de public. iud.* de Anticategorijs ʋ. *Cuiac.* 20. *obſ.* 7. [c] In minori tamen crimine. [d] ʋ. *l.* 3. ȷ. *eod. l.* 9. ȷ. *de accuſationib.* [e] Tutor, pupilli: curator, adoleſcentis nomine accuſare nõ poteſt proprio tamẽ nomine ſubſcribit *l.* 5. *ʋerſ. cum igitur* ȷ. *eod. l.* 2. *ſupra de his quib. ʋt indig. l.* 14. ff. *ad Turpil.* adde *l.* 18. §. 6. ff. *de iure fiſci.* [f] pupilli nomine. Cuiacius apud Paul. 5. *ſent.* 12. §. 4. [g] *leg.* 15. §. 2. ff. *ad Turpil. leg.* 22. ff. *de his quæ ʋt indig.* † Accuſare non poteſt qui libellum inſcriptionis non edidit *ʋt hic: & l.* 10. ȷ. *eod. l.* 16. *l.* 17. ȷ. *de accuſat. l.* 7. ff. *de accuſat.* vſu inualeſcente libellum inſcriptionis hodie neglectum monet Clarus 5. *ſent.* §. *ʋlt. quæſt.* 18. *in pr.*

† de conſuetudine Italiæ libellus accuſationis non datur, ſed ſimplex accuſatio ſine querela *Clar. d. loco ʋerſ. poſtea.*

† *l.* 7. §. 1. ff. *de accuſatio.* Clarus *d. loco ʋerſ. eodem etiam.* negat de cõſuetudine hanc ſatiſdationẽ obſeruari: ſed tamẽ cogi accuſatorem iurare de calumnia *Idem ibid. ʋerſic. dic etiam Bart.* [a] An citatio generalis ad cauſam ſufficiat ʋ. *Mynſinger.* 4. *obſ.* 33. [b] *l.* 2. *inf.* ȷ. *ad Turpillian.* † Satiſdationem de ſumptibus præſtandis obſeruari, Clarus negat *d. loco ʋerſ. tenetur etiam.* [c] *l.* 79. ff. *de iudicijs.* [d] ʋ. *l.* 5. ȷ. *eod.* [e] *l.* 14. ȷ. *eod.* ad eam etiam pertinet liberorum cauſa, *ʋt hic: & l.* 9. ȷ. *eod. l.* 1. ff. *de accuſa.* conſobrini *l.* 4. ſ. *eod.* parentum *d. l.* 1. patroni, patronæ *d. l.* 1. mariti *Clar. d.* §. *ʋlt. q.* 14. *ʋerſ. præterea.* eorum denique in quos ex lege publicorum iudiciorum teſtimonium non dicitur ʋ. *l.* 2. ff. *de accuſat. de quibus* ʋ. *l.* 4. 5. ff. *de teſtib.* ergo & fratrum *l.* 1. §. 10. ff. *de quæſtionib.* aliàs, mulier non accuſat *l.* 12. ȷ. *eod. l.* 8. ff. *de accuſat.* neque populari actione vtitur *l.* 6. ff. *de popul. act.* [f] ʋ. *l.* 2. ſ. *eod.*